


LIBRARI

Handwritten notes on a yellow paper label on the spine.

AB
1329





I. N. D. N. J. C.

11
92

SYNCATEGOREMATIS

QUASI

USUM JURIDICUM,

SUB PRÆSIDIO

DN. HEINRICI *Sindens*

D. ET PANDECT. PROF. PUBL.

*DN. Præceptoris atq; Fautoris sui omni obser-
vantia cultu de venerandi,*

Amabili Eruditorum publicæ disquisitioni

die 17. Aprilis, A. 1675.

loco horisq; consuetis

exhibet

GEORGIUS STEPHANUS *Decker*

NORIMB. AUTOR.

ALTDORFFI,

Literis Henrici Meyeri, Universi Typogr.

A U T O R



52
VIRIS
MAGNIFICIS, PER-STRENUIS,
NOBILISSIMIS AC PRUDENTISSIMIS,

12 DNN.
DN. BURCKHARTO
LÖFFELHOLTZ
à COLBERG.

INCLYTÆ REIP. NORIMBERGENSIS DUUMVIRO
PRIMARIO, PRÆTORI ET CASTELLANO EMINENTISSIMO,
NEC NON XENODOCHII AD SPIR. S. ET MONASTERII
AD D. CATHARINAM PRÆFACTO
MERITISSIMO,

DN. GEORGIO CHRIS-
TOPHORO BEHAIM,
EJUSDEM CELEBERRIMÆ REIPUBLICÆ ITIDEM
DUUM-VIRO SPLENDIDISSIMO, UT ET COENOB. S. CLA-
RÆ AC PULLENREUTH PRÆFACTO
GRAVISSIMO,

BINIS ÆRARIJ PUBLICI CURATORIBUS ET
CIVITATIS NORIMBERGENSIS CAPITANEIS
SUMMIS,

PATRIÆ PATRIBUS OPTIMIS MAXIMIS,
DOMINIS SUIS GRATIOSISSIMIS
AC BENIGNISSIMIS,

HAS PRIMITIAS STUDII JURIDICI

OFFERT

AUTOR.



Lectori Benevolo

S. P.



Quasi Ravem satis, ingenii pariter mei facultates ac paucos, quibus Studio me juris spinoso & intricato tradidi, annos excedentem hac vice aggredior materiam; Ad ejus tamen elaborationem atq; publicam ventilationem precipue me impulit toties quoties in transcurso juris obvia facta hujus vocabuli *Quasi lectio*, variaq; à Dd. adjecta interpretatio, ac singularis significatio. Quare cum quoddam aliquando exercitium Academicum edendum fuerit, nulla proposito commodior materia visa est, quam hujus Syncategorematis *Quasi* (ut in scriptio placuit) usus Juridicus, quem breviter adjectis exemplis declaravi. Ad amussim quidem omnia tractata, cunctaq; in vasto Corpore Juris hac de re occurrentia apposita esse, haud affirmaverim; Ast de venia non despero, quia id ipsum nec instituti mei ratio, nec modicum pagellarum admisit spatium. Aliàs namque non *Dissertatio Academica*, sed *Tractatus* prolixior, ne dicam grandioris molis, conscribendus fuisset. Sicut enim *Quasi Contractus* & *Quasi delicta* singularibus in Institutionibus constant titulis, ut de iis disertè eleganterq; Dd. præprimis Hennig. Rennem. in Jurisprud. Romano - German. de Jure Obligat. à Disput. 29. usque ad 38. & Bocerus in Class. secund. ut & in Classe tert. ac quart. egerint; Ita quoque unicum membrum satis materiae ad Disputationem quandam conscribendam suppeditat. Proindè ut B. L. his, exercitii causa allatis, ac rudi Minerva elaboratis exemplis contentus esse, & si quid minus aptum iudicii sui acumini occurrat, id ipsum in meliorem partem interpretari velit,

A

lit,

R.

lit, obnixè rogito. Semper enim illius, quod Noster Imperator in l. i. §. 14. C. de vet. jur. enucl. proponit, memor vivo: Omnium rerum habere memoriam, & penitus in nullo peccare, divinitatis magis, quam mortalitatis esse.

THESIS I.

Synkategorema quid sit.

ANtequam in *Synkategorematis Quasi multifariam* inquiramus significationem, necessarium erit, ut, præsupposita explicatione vocabuli *Synkategorematis*, paucis utilitatem hujus inquisitionis proponamus. Et quidem *Synkategorema* nihil aliud, quam consignificativum denotare, cum Philologis Martinius in *Lex. ad istud* vocab. notat. *Hinc vocantur generatim Synkategoremata, quæ nec solidum quicquam significant, nec in oratione, nisi cum aliis juncta consistunt.* Cujus generis, ut verbis Fabri in *Lex. ad hoc voc.* utamur, sunt non declinatæ partes omnes, & ex declinatis interrogativa & partitiva, particularia & universalia nomina, & quædam etiam prænomina. Breviter: *Synkategorema est omnis dictio, præter nomen & verbum, juxta Martin. dict. loc. ubi in simul explicat, quid kategorema sit, quo scil. per se aliquid significatur.*

Utilitas hæc inquisitionis.

II. Quod verò utilitatem hujus disquisitionis attinet, illa non solummodò in Scholis, sed & in foro maxima est, ut sæpissimè ex eju modi particulæ explicatione totius, etiam gravissimæ, causæ controversæ decisio pendeat. Quæ sanè ratio fuit, quod Jcti, tum veteres, tum recentiores, in particularum indeclinabilium significatione inquirenda cum uberrimo hæctenus occupati fuerint fructu, id quod Pragmaticorum scripta apertè monstrant, adeò, ut peculiare de his Tractatus instar Lexicorum ediderint, inter quos eminet Octav. Vulpell. de *Præposit. Adverb. & Conjunct. signif.* Albertus de Pergamo, ex recentioribus Barbosa, & ut alios, v. g. Cardin. Tusch. Alberic.

Alberic. de Rosate cum cæteris prætereamus, noster Strauchius, Jctus eminentissimus, in *Lex. Particular. jur.*

III. Confirmationis gratia vel unica particula *Aut* (i. e. *Exemplum particula Aus.* *Oder*) hac vice nobis sufficiat. Illa quidem ex natura sua disjunctiva est, ut disjungat verba & sensum, per Gloss. in l. 4. C. de V. S. & Bartol. in l. si is qui. 13. §. utrum. 3. ff. d. reb. dub. Interdum tamen & sæpissimè copulativè, seu conjunctivè accipitur, ut requirat concursum utriusque, maximè quando ponitur inter personas, & tunc denotat idem ac *Et*, juxta l. 53. ff. de V. S. Dn. Strauch. in dict. *Lex. part. jur.* quod ad sequentis casus notabilis spectat decisionem: Antè triginta, & quod excurrit, annos maritus, sine prole vivens, fœminam hæredem instituit, in casum vero, si ad secunda transierit vota, atque sine liberis aut hæredibus decesserit, fideicommissum tale constituit: **Wann das Weib nach seinem Tode wieder heirathen / und ohne Kinder oder Erben versterben solte / daß so dann so wohl sein / als auch des Weibes Vermögen / so viel nach ihrem Tod übrig seyn würde / uf ihre beyderseits nechste Freunde fallen solte/te.** Vidua ad secunda transiit vota, liberos tamen nullos procreavit, sed condito testamento, in quo maritum posteriorè hæredem scripserat, decessit. Cognati, tum prioris mariti, tum uxoris defunctæ, post obitum uxoris fideicommissi præstationem postularunt, maritus verò posterior hæres institutus denegavit, hac motus ratione, quod Testatrix absque hæredibus neutiquam, quin potius constituto hærede testamentario decesserit. Hinc totius controversiæ, quæ coram judicio quodam eminentiori, non sine gravibus sumptibus hucusq; tractata est, decisio ex voculæ *Oder* explicatione pependit, num *disjunctivè*, an verò *copulativè* accipienda veniat. Maritus equidem ejusdè *disjunctivam* acriter propugnavit significationem; Fideicommissarii verò vocabulum *Aut copulativè* sive *conjunctivè* exaudiendum esse affirmarunt, quorum sententia quoque calculo & suffragio Jctorum confir-



mata est, non solum propter *l. cum quidam. 4. C. d. V. S.* sed & propter *l. 17. §. si quis. 8. ad ScT. Trebell.* ex quo textu Interpretes unanimiter concludunt, quod in clausula, si quis sit rogatus hæreditatem restituere, si alieno hærede, i. e. sine hærede, decesserit, solummodò descendentes, liberi scil. & hæredes sanguinis, neutiquam verò extranei intelligantur, quod Mantica variis, iisque prægnantibus demonstrat rationibus *de Conject. ult. volunt. lib. 8. tit. 18. num. 31.* Aliàs enim, si clausula illa de quacunque hæreditatis successione intelligenda esset, nemo unquam sine hærede decederet, quia ad minimum fiscus succedit, ut notat Gloss. ad *d. l. 17. §. ult.* Quare dictio *Aut* *Sder* non disjunctivè sed conjunctivè explicanda fuit. Add. Wehn. *in Observ. Pract. sub vocab. Sder.* Dec. *Consil. 38. n. 5.* Guid. *Papa Decis. 230.* & *Dn. Brunnem. ad d. l. 17. n. ult.*

Vocula
Quasi deriva-
tione

IV. His exempli loco propositis, in voculæ *Quasi* consideratione è re erit, ut prius in ipsius paulisper inquiram principia. Illam verò ex *quam* & *si* conflata esse, *Martin. in Lex. Philolog. sub vocabulo Quasi* tradit, insimulque addit, hoc vocabulum etiam pro *quam si* usurpatum esse, in cuius fidem ad *Plauti* provocat testimonium. Aliàs hanc dictionem *adverbium similitudinis* esse, nullum, qui modo Grammaticorum inspexit dogmata, latere puto, quapropter & Germanicè redditur per *Gleichsam*. Vid. *Besold. in Thesaur. Pract. sub voc. Gleichsam.* Et eatenus convenit cum dictione *Instar*, quæ itidem similitudinem inducit. *l. instar. 2. C. d. jur. fisc.* *Luc. de Penna ad l. 2. C. d. Consul. in pr. verb. instauratio:* Item cum dictione *tanquam*. Sic *Cic. L. 2. Epist. 13. Collegi ipse me & cum ipsa quasi Rep. locutus sum: & Lib. 5. Tusc. ait. Sic eas exponam, quasi agatur res, non quasi narretur,* quod exemplum quoque in jure nostro procedit, juxta *l. si paterfam. 15. §. 1. ff. d. adopt. l. item eorum. 6. ff. quod cujus. univers. nom. §. c. l. nec ullam. 11. §. fin. ff. d. hered. pet. l. 3. in pr. ff. d. condict. causa. dat. caus. non sec. Coras. ad §. sed ista. 3. l. d. Act.* Semper tamen hæc dictio similitudinaria

naria non est, sed alias quoq; admittit significationes, quas fusiùs exhibent Rebuff. *in Comment. ad l. inter stuprum 101. §. servis legatis. vers. quasi commune. ff. d. V. S.* Cardinal. Tusch. *Pract. Conclus. Tom. 2. lit. D. Conclus. 350.* Octavian. Vulpell. *d. Præpos. & adverb. signif. in dict. Quasi.* Besold. *in Thesaur. Pract. ad verb. Gleichsam.* Joh. Mercer. *Lib. 1. opin. c. 16.* Gilbert. *Reg. Lib. 2. 'Ερωτησ. c. 20.* aliq; à Dn. Strauch. *in Lex. part. jur. ad hoc voc. allegati Doctores.*

V. Et (1.) quidem juxta antea dicta hæc vocula *Quasi* ex ^{Vocabulum} nativa sua significatione similitudinem indicat. Hinc & ^{Quasi (1.)} ^{similitudi-} ^{nem deno-} ^{tar.} *litudinaria* vocatur à Gloss. *ad l. 13. §. ult. ff. d. pet. hered. l. 8. §. 1. ff. d. relig. & sumt. funer.* Vid. Dn. Tabor. *in Element. juris prudent. p. 1. th. 30.* Barbos. *de diction. usu. frequent. in vocula Quasi.* Cardin. Tusch. *d. Concl. 350. n. 4.* Et in hac significatione non tantummodò venit apud Pomponium *in l. 11. ff. solut. matrim. in verb. Si alienam rem sciens mulier in dotem dederit, reddenda est ei, quasi suam dedisset;* Sed & in multis & fermè infinitis Juris nostri locis, ut *in l. redhibere. 21. ff. d. Edil. Edict. §. 2. d. ex hered. lib. l. 5. §. peculium. 3. ff. d. pec. §. 3. J. d. suspect. tut. l. 7. C. d. non numerat. pecun. l. 16. C. d. prob. l. 7. ff. d. dol. mal. l. 20. C. de don. ante nupt. l. 11. ff. d. pact. §. 6. J. d. fideic. hered.* Sic dicitur *quasi legitima tutela*, quæ ad exemplum veræ legitimæ introducta est, idque vel exemplo Ulpiani, qui *in l. 3. in fin. ff. d. leg. tut. parentem liberorum emancipatorum vice legitimum tutorem nominat, ac in Instit. suis §. 5. de tutel. per similitudinem tutorem effici scribit.* Schulz *in Synops. Inst. ad tit. d. legit. Par. tut.* Ex hac significatione porrò (2.) fluit, (2.) ^{Improprietatem} ^{& fictio-} ^{nem.} quod natura hujus dictionis sit, denotare *improprietatem & fictionem*, ut *in l. item Mela. 11. §. Celsus. 3. ff. ad L. Aquil. l. ait Prator. 23. §. item ei. 2. ff. ex quibus caus. maj. in int. l. in fact. 60. ff. d. cond. & demonstr. ibique Gloss.* Quapropter improprietatis & fictionis *abusio*nisq; *significativa* vocatur à Barnab. Brisson. *d. V. S. lib. 15. ad voc. Quasi.* Add. Tusch. *cit. Conclus.*

n. 9. § 10. ubi asserit, quod fictionem denotet dictio quasi & improprietas ex sua natura, it. quod importet idem, ac dictio tanquam. Hinc fictione juris *opera* nonnunquam mediante vocula *Quasi* pro *pecunia* habentur, ut in l. 6. ff. d. oper. lib. Conf. l. 4. vers. *perinde eod.* Gothofr. in not. *ibid.* Iridem fictioni juris inservit hoc vocabulum *quasi* in l. 1. ff. d. *manu- miss.* ubi dies coeptus habetur pro completo, dum ait Ulpianus in d. l. *Qui Kalendis Januariis natus, post sextam noctis, pridie Kalendas quasi annum vicesimum complevit* &c. Similiter in l. 24. §. 10. ff. d. *fideicommiss.* lib. fingitur (libertatis favore) servo *quasi fideicommissariam libertatem* datam esse, dum tamen ipsi *directa* data sit. Improprietas etiam nota est in l. 49. ff. *mandat.* ubi Titius servum suum, quem alienum credebat, alterius jussu, *quasi Procurator* aut vendit, aut vendi jusfit, re ergo deinceps comperta, vindicationem habet, per d. *text.*

(3.) *Vitium*
& *imper-*
fectionem.

VI. (3.) Quoque vitium & imperfectionem innuit, juxta Gloss. in l. 30. §. 1. verb. *Quasi fidejussor. §. de pact.* Johan. d. Castillo d. *usufr. c. 4. n. 38.* Sic dicitur *Quasi pignus. l. Julianus. 13. §. 8. ff. d. act. emt. § vend. Quasi usufructus. §. 2. J. d. usufr. Quasi Serviana actio. §. 7. J. d. act. Quasi maritus. l. 32. §. 27. ff. d. don. inter vir. & ux. Dn. Strauch. d. loc. Quare Gloss. ad l. 7. §. 12. ff. solut. matr.* asserit, vocabulum *quasi* ibidem non esse *expressivum veritatis*, sed notare *vitium*. Alias verba d. l. 7. §. 12. huc pertinentia sequentia sunt; *Sed si vi tempestatis* (arbores scil. in fundo dotali) *ceciderint, dici oportet, pretium earum restituendum mulieri, nec in fructum cedere: non magis, quam si thesaurus fuerit inventus. Non enim in fructum computabitur, sed pars ejus dimidia restituetur, quasi in alieno inventi.* Quibus verbis sequens movetur quaestio: *Cuinam cedat thesaurus in fundo dotali inventus, an uxori, an marito?* Pro marito facit quidem l. 1. §. 1. l. *dotale. 13. §. 2. d. fund. dot. l. 7. §. 3. de jur. dot. l. 23. C. eod. l. quotiens. 47. §. ult. de pecul.* in quibus textibus perspicue proditum est,

est,

est, maritum esse rei dotalis dominum. Hinc colligendum videtur, & thesaurum inventum ad ipsum spectare; Quia tamen commoda, quæ non ut fructus ex re proveniunt, sed jure dominii accedunt, irrevocabiliter ad maritum non spectant, sed solummodo eo respectu, quo dos ipsa, quæ finito matrimonio uxoris commodo cedit; Ideoque si thesaurus fuerit inventus in fundo, quem uxor in dotem dedit, in fructus non computatur, sed pro parte dimidia tantum mariti lucro cedit, pro altera dimidia verò est restituendus, *quasi in alieno inventus*, ut maritus acquirat thesaurum, non ut fructum, sed ut quilibet extraneus ratione inventionis. Quia tamen secundum jura superius allata fructus dotalis certa ratione mariti est, ideoque dicitur quoque in textu *quasi in alieno*, quibus verbis nil, nisi quædam improprietas indicatur. Gloss. Bald. & Dn. Brunnem. *ad d. l. 7. §. 12. Vinn. ad §. 39. Inst. d. rer. divis. n. 3. Add. Moller. lib. 4. semestr. c. 27. & Barbos. ad l. 67. ff. solut. matrim.*

VII. Consimilem significationem dictio *quasi* habet in *l. ait Prætor. §. 1. ff. d. re jud.* in verbis: *Quasi quantitatem nominaverit.* Demonstrat Jctus *d. leg.* quod valeat sententia, si judex aliquem sic condemnaverit, *ut, quod habet ex testamento, vel Codicillis Mævii, restitueret Titio.* Hinc licet sententia quantitatem certam non exprimens sit nulla. *t. t. C. quæ sententia sine cert. quantit. profer.* Tamen Dd. colligunt sufficere, si referat se ad acta, quæ certam quantitatem continent, unde illud vulgatum prodiit: *Sententiam ex actis probatoris præsertim explicandam esse.* Hillig. *ad Donell. lib. 27. c. 6. lit. M. Carpzov. lib. 3. Resp. 97. n. 12. Brunneman. ad d. l. 5.* Dictionem verò *quasi* ibidem fictionem ac improprietatem denotare, restatur Tiraquell. *in 16. Leg. Connub. Gloss. 7. n. 187.* Eandem significationem hoc vocabulum præsupponit in *quasi possessione rerum incorporalium ac jurium.* Propriè enim res corporales demum possidentur. *l. Quod est. 3. §. qui ususfr. 17. ff. d. vi & vi arm.*

arm. Quapropter Gloss. ad l. 23. §. *item. ei 7.* & quidem ad verba: *vel usufr. quasi possessionem amisit*, postquam dixit, hoc vocabulum esse expressivum veritatis, denuò concludit, quod sit *nota improprietas*. Consentit Tiraquell. *cit. loc.* Francisc. Aret. ad l. *si quis ad quem 22. ff. d. acquir. hered.* Stephan. Bertr. *Lib. 1. Consil. 281.* ut & Jason. & Francisc. Ripa allegati à Tiraquell. *cit. loc.*

VIII. Neque tamen semper similitudinem & fictionem significat, sed & non rarò (4.) *pro veritatis indice* sumitur, *Brissou. cit. l. 15. d. V. S.* ut fit in l. 34. ff. d. *dam. infect. it. in l. 1. ff. d. transact.* cujus verba hæc sunt: *Qui transigit, quasi de re dubia & lite incerta neq; finita transigit*, ubi pro declaratione vocabuli *quasi* Gloss. ad d. l. sequentia notat: *Quod dicit quasi improprietas notat, secundum quosdam, quia quandoq; fit super re non dubia (scil. transactio) ut super alimentis præteritis, & propter fideicommissum futurum, ut C. d. pact. l. 1. C. eod. de fideicom. Tu dic, quod est veritatis expressivum.* Add. Gloss. in l. 13. §. 8. v. *quasi. ff. de petit. hered.* Gloss. in l. 29. v. *quasi. ff. de reb. cred.* Gloss. in l. 3. pr. v. *quasi. ff. d. condict. causa dat. caus. non sec.* Gloss. in l. 23. §. 2. v. *quasi. ff. ex quib. caus. major.* Gloss. in l. 8. §. 1. v. *quasi ex emto. ff. d. relig. & sumt. fun.* Gloss. in l. *si servus. 6. v. quasi. ff. d. exercit. act.* Gloss. in l. 6. v. *quasi. ff. solut. matr.* ubi itidem ad l. 8. §. 1. ff. d. *jur. dot. provocat.* Eadem significatio occurrit in l. *item Mela. 12. §. 2. ff. ad L. Aquil.* ubi dicitur: *Si plures servum occiderint, utrum omnes, quasi occiderint, teneantur videamus: & si quidem apparet, cujus ictu perierit, ille quasi occiderit, tenetur, quod si non apparet, omnes quasi occiderint teneri, Julianus ait.* Hic dictionem *quasi* veritatis expressivam esse, asserit Menoch. *de arbitr. jud. quest. l. 2. cent. 4. cas. 362. n. 28.*

IX. Eodem modo particula *quasi* veritatis signum est in l. 1. §. 5. ff. *de eo, qui pro tut. vel cur. negot. in l. ex facto. 35. pr. d. hered. instit. in l. mulier. 22. §. ult. ad Sc. Trebell.* ut & in l. 5. C. d. *non. num. pec.* ceu Gloss. ad omnes atque singulos hosce textus sub hoc

(4.) Pro-
prietatem
& verita-
tem.

hoc vocab. *Quasi* indigitat. Sic & Gloss. ad c. *Parochianos. 14. extr. de decim.* asserit, quod ibidem nostrum quasi veritatis expressivum sit, in verbis: *Cum decimæ non ab hominibus, sed ab ipso Domino sint institutæ, quasi debitum exigere possunt.* Proinde ex adductis textibus sufficienter patet, quod dictio *Quasi* à suo genuino significato, similitudinem, fictionem & improprietatem præsupponente, in Legibus nostris sæpius recedat, atque veritatis tessera fiat, idque non solum Calvin. in *Lex. Jurid.* sed & cum Gloss. Menoch. cit. loc. Ant. Fab. in *Rational. ad l. si institorem. 29. d. reb. cred.* Dn. Strauch. cit. *lex. partic. jur. ad hoc vocab.* aliq; confirmant. Hinc Card. Tusch. d. *Concl. 350. n. 1.* ex Angel. Consil. concludit, *dictionem quasi de natura sua quidem improprietatem denotare, quandoq; tamen etiam expressivam veritatis esse, secundum subjectam materiam, quæ efficit, ut quandoque pro deminutione rei accipiatur, v. g. si committatur in rixa homicidium, licet omnes percutientes teneantur de quasi homicidio, non tamen de vero accusantur, quia minor ipsis imponitur pœna, juxta Cardin. Tusch. laud. Concl. 350. n. 3.* Add. Dietherr. in addit. ad Besold. *Thesaur. Pract. sub verb. Gleichsam/* ubi sequentia proponit: *Particula Quasi sæpè quidem est signum similitudinis, aliquando tamen est nota veritatis & assertiva, uti constat ex l. 6. ff. solut. matr. nec non ex c. Parochianos. 14. de decim.*

X. Recipit verò hæc dictio *Quasi* notam veritatis in variis negotiis, quod Cardin. Tusch. cit. *Concl. 350. n. 7.* tali declarat modo, quod dictiones *Quasi* & *Tanquam*, si apponantur circa ea, quæ possunt esse vera secundum veritatem & proprietatem, importent magis veritatem, quàm fictionem, aliàs secus. In exponendis quoq; verborum etymologiis particulam *Quasi* non esse notam improprietatis, observavit Anton. Merend. *lib. 2. controvers. jur. c. 3. n. 3.* Eodem modo hæc nostra dictio, si fuerit appositæ privilegiis, non similitudinem, sed veritatem denotat. Mart. in *tract. Claus. p. 1. claus. 206.* Præcipuè

*Indicium
Veritatis.*

B

autem

autem est veritatis indicium, quando ponitur per modum cau-
 sæ, ut Joh. 1. *Vidimus gloriam ejus, quasi unigeniti.* Gloss. in
 l. 30. §. 1. ff. de pecul. vers. *quasi unum ex sociis.* Et hanc significa-
 tionem admittit in l. omnes populi. 9. ff. d. just. & jur. in verbis:
Nam quod quisq; populus sibi constituit, id ipsius proprium civitatis
est, vocaturq; jus civile, quasi jus proprium ipsius Civitatis. Add.
 §. 1. J. d. jur. N. G. & Civ. l. 1. ff. d. transact. l. 3. §. 20. d. min. l. si
 merces. 25. in fin. pr. ff. loc. conduct. l. mulier. 22. §. ult. ff. ad SCt.
 Trebell. ibiq; Gloss. Præcipue hoc patet ex l. fin. C. d. contrah.
 emt. vend. & §. 1. J. eod. ubi dicitur: *Si is, qui ad determinandum*
emtionis venditionis pretium nominatus est, vel noluerit, vel non
potuerit pretium denominare, pro nihilo esse emtionem venditionem,
quasi nullo pretio statuto. Dictio Quasi hic nulla alia, quam
 veritatis nota esse potest, quod totus comprobatur contextus,
 & verba: *Pro nihilo esse venditionem;* Additur postmodum per
 modum causæ, quasi nullo pretio statuto, perinde est, ac si di-
 ctum: *Quia nullum pretium statutum.* Igitur in tali casu non
 recurritur ad arbitrium alterius, tanquam sit datum arbitrium
 boni viri, sed totum corrumpitur negotium; Idq; etiam ante Justi-
 nianum in partibus societatis definiendis obtinuisse, constat
 ex l. si coita. 75. pro soc. Quin & Ulpianus generaliter respondet,
 non esse recedendum à personæ ejus, cujus arbitrium insertum.
 l. si quis. 43. ff. d. V. O. Nec repugnat l. 24. pr. ff. loc. quia ibidem
 non contractus, aut substantialis aliqua pars contractus in ar-
 bitrium alterius confertur, sed accidentale aliquid, approbatio
 sc. operis, in cujusmodi specie id actum intelligitur, ut boni viri
 arbitrium non excludatur. Vinn. ad §. 1. J. d. emt. vend. Deniq;
 etiam Card. Tusch. d. l. n. 6. monet, quod dictio quasi in statu-
 tis denotet proprietatem. Et hanc sententiam, quod nostrum
 Quasi quandoq; indicium veritatis sit, haud obscure innuit
 l. 10. ff. ad L. Corn. de Sic. ubi is, qui insulam excussit, dicitur quasi
 incendiarius puniri, patet autem ex contextu ipsum verum
 incendiarium fuisse.

XI. (5.) Vocul. Quasi idem significat, ac Certè in l. 20. C. (5.) Signi-
 de usur. quod notat Gloss. ibid. Verba legis sequentia sunt: ^{ficat idem,}
 Constitutio us sacris, quæ ultra certum modum usuras sænebris pe- ^{quod Certè,}
 cunia gi prohibent, mandatoribus & fidejussoribus subventum
 est. ^{ibus quasi mandator vel fidejussor conventus uti potes.} Addit
 ff. Quasi pro Certè (scil. accipitur.) Potest etiam dici quod
 vocabulum quasi hic sit signum veritatis, sicque illud evincat,
 quia certum est, quod implorans mandator & fidejussor sit,
 ideoque & ipsum se posse defendere exceptione usurariæ
 pravitatis, vel usurarum modum legitimum excedentium,
 cum hæc exceptio rei cohærens non personæ sit, ut & fidejus-
 sori & mandatori profit, juxta l. tam mandatori. 12. C. d. non num.
 pec. Dn. Brunnem. ad l. 20. Deniq; (6.) hoc vocabulum quan- ^{(6.) Deno-}
 doque uno eodemq; textu & proprietatem & improprietatem ^{tat quan-}
 denotare, testatur Gloss. ad l. 39. in voc. Quasi de condict. indeb. ^{doque pro-}
 Bart. ad l. 8. §. si fundum. ff. solut. matr. Imò si credimus Calvin. ^{prietatem}
 in Lex. Jurid. ad hoc vocab. verbum differentia ac diversitas est, ut ^{& impro-}
 & decidendi rationem significat in l. verum est. 63. §. 5. ff. pro soc. l. con- ^{prietatem.}
 stitutionibus. 33. ff. d. Obl. & A. l. si debitori. 47. ff. d. fidejuss. l. si rem
 legatam. 6. ff. d. except. Quandoq; (7.) pro quando accipitur. l. cer- ^{(7.) Non-}
 tis. 2. §. 1. ff. d. accusat. Multæ insuper significationes occurrunt ^{nunquam}
 hujus vocabuli penes Philologos; Quandoq; enim pro penè, ^{pro quando}
 ferè, quandoq; aliter accipitur. Verùm has significationes, cum ^{accipitur.}
 nobis vel parùm, vel planè non inserviant, meritò omittimus.

XII. Quia tamen communiter hæc dictio similitudinem,
 imperfectionem & fictionem quandam denotat, ut ex sub-
 jectis patebit exemplis, hinc talis enascitur Quæstio: An, quæ
 de vero casu constituta sunt, etiam in casu ficto locum habeant? vel ^{An Sta-}
 quod eodem recidit: An statutum de contractibus loquens etiam ^{surum de}
 ad quasi contractum extendi possit. v. g. Si mulier ex statuto sine ^{Contractu}
 consensu mariti, vel necessariorum, non possit contrahere, ^{comprehen-}
 an hoc ipsum quoque in quasi contractibus obtineat? Multi ^{dat etiam}
 negativam approbant sententiam, quod scilicet fictio, cum ^{Quasi Con-}
 B 2 ^{tractum.} veri-

veritati minor sit, in statutis, maximè jus commune corrigentibus, locum non habeat, ut post Panorm. *l. Consil. 111. Alex. lib. 2. consil. 82.* & Jacob. Schultes. *Pract. quest. liv. au. 65.* concludit Befold. *in Thes. Pract. ad vocab. Gleichsam.* Huic Bart. alleg. à Tiraquell. *in Tract. de LL. Connub. l. 16. Gloss. 5. n. 119.* *stat*, quod stante statuto, ut mulier non possit contrahere consensu consanguineorum, possit sine illis hæreditatem acquirere, cum non sit proprie contrahere, & statuta debeant accipi in propria significatione, quod itidem volunt Baldus, Angel. Imol. Raph. Alexand. Fulgos. Angel. Aretin. Ludov. Gomez. Jason. Francisc. Ripa. Alciatus & plures alii citati à Tiraquell. *d. Gloss. 5. n. 119.* Imò generaliter, quod Statuta, loquentia de contractibus, non habeant locum in quasi contractibus, tenet Alber. post Dyn. & Alex. *lib. 3. consil. 8.* ubi dicit: *Quod Statutum, loquens de debito ex contractu, non procedat in debito ex quasi contractu.* Quod & voluit Phil. Corn. *lib. 1. consil. 20.* dum asserit: *Statutum inducens prescriptionem debiti ex contractu, non procedere in debito ex quasi contractu.* Et Francisc. Aretin. *in l. si tibi pecuniam n. 4. ff. si cert. per.* ubi monet, quod Statutum, de solvenda Gabella ex quolibet contractu, non habeat locum in quasi contractu. Idem dicit Firm. *in Tract. Gabell. alleg. à Tiraquell. d. l.*

XIII. Et pro hac sententia facit, quod de jure communi leges, de contractu loquentes, non procedant in quasi contractu, idque non solummodò constat ex *l. consensisse. 2. §. omnes. 4. ff. d. judic. l. de eo. 26. ff. eod. tit.* In primo enim textu legati demum revocant, nisi contraxerint, ubi conveniuntur, in secundo verò non prohibentur revocare, licet hæreditatem adierint; Sed & clarius hoc ex aliis textibus patet, ubi, si interdicitur à Lege contractibus, non propterea prohibetur aditio hæreditatis. Jam si hoc procedit in legibus, quæ, si de contractu loquuntur, non extenduntur ad quasi contractum, multò magis id obtinebit in statutis, quæ strictè & proprie sunt

Quapropter & in simili casu quasi posses-
sunt intelligenda. Corporalium, cum non sit propriè possessio,
sionem rerum inceptiam distincta & separata, non comprehen-
sed veluti res *o*, loquente de possessione, affirmarunt Anton. *in*
di sub stat. extr. d. caus. poss. & propr. Alexand. *in l. possideri. 3. ff.*
repet. & quir. vel amitt. poss. ibique Jason. & Carol. Ruin. *in Rubr.*
de iud. tit. propter hanc rationem, quod statuta propriè intel-
ei ligenda sint. Denique ab absurdo concludunt, si v. g. mu-
lier in proposito casu non tenetur absque consensu vel con-
sanguineorum, vel mariti, ex quasi contractu, id futurum,
ut si indebitum receperit, aut quispiam mulieris negotia ges-
serit, & in eius rem pecuniam impenderit, quod mulier ad
refusionem non teneatur, hoc tamen absurdissimum est & o-
mninò rejiciendum *l. observare. 4. §. ult. ff. d. offic. Procons. l. nam*
absurdum. 7. ff. d. bon. lib.

XIV. Contrarium tamen, quod statutum de contractu di-
sponens etiam de quasi contractu intelligendum veniat, ut
mulier, ex Statuto prohibita contrahere sine consensu pro-
ximorum, non possit hereditatem adire, aut aliàs quasi con-
trahere sine solennitate statuti, tenet Bart. *ad l. more. 8. ff. d. acquir.*
hered. it. in l. mutuum. 5. ff. eod. tit. ibique Paul. Castr. ut & Jason.
cum Angel. Aretin. aliisque. Bart. tamè non uno in loco sibi con-
trarius est, ut *in l. Barbarius. 3. ff. de offic. Prat. in l. si unus. 27. §. 2.*
ff. de pact. in l. sc. apud acta. 28. C. de transact. & in d. l. more. 8. ff.
d. acquir. hered. ubi fatetur, hanc opinionem sibi semper visam
fuisse veriore in puncto juris, licet altera sit communior.
Et in hanc partem adduci possunt multi textus, qui quasi con-
tractum simpliciter contractum appellant, ut *l. interdum. 36.*
§. 1. ff. d. jud. l. sed & cum aliquis. 16. ff. d. negot. gest. l. ult. ff. in
quib. caus. pign. vel hypoth. tacit. contrah. l. ex contract. 49. ff. d.
O. & A. l. apud Julianum. 3. §. ult. ff. quib. ex caus. in poss. eatur
l. seq. eod. tit. l. eandem rem. 9. ff. d. duob. reis, propter quos tex-
tus aliasve rationes Pet. Anch. *in c. Roma. §. contrahentes. extr. de*

for. comp. notat, eum textum, qui loquitur
habere & in quasi contractibus, in quo ei eade contractu, locum
& Panormit. *in d. c. ult. d. for. compet.* Idque regrenit cum Gloss.
mnibus casibus, tradit Franc. Aret. *in l. impossibilis. 7. d. V. O.*
alleg. à Tiraquell. *d. leg. connubior. cit. loc.*

XV. Sed hoc assertum tum demum procedit, si eadem
in contractu & in quasi contractu subsit ratio, ut liquidò p^a &
tet ex textu *in l. interdum 36. §. 1. ff. de jud. ubi dispositio l. 2.*
§. omnis. 4. ff. eod. procedit quoque in negotiorum gestione;
Quod si verò diversa in contractu & quasi contractu subsit ra-
tio, dispositio, loquens de contractu, non procedit in quasi
contractu. Sic dispositio *d. l. consensisse. 2. §. omnis. 4. ff. d. jud.* non
procedit in aditione hæreditatis. Similiter in aliis textibus
prohibitus contrahere, non prohibetur hæreditatem adire,
quoniam in utroque casu diversa utriusque ratio est, ut docet
Tiraq. *d. l.* Asserto illi, quod Statutum loquens de possessio-
ne, non procedat in quasi possessione, plurimi nec levioris au-
toritatis Interpretes contradicunt, inter quos præcipuè occur-
rit Bald. *in c. licet causam. 9. extr. de probat. n. 39.* ubi expresse as-
serit, quod Statutum de possessionis turbatione trahatur quo-
que ad quasi possessionem. Prætereà alii distinguunt: An
eadem in quasi possessione obtineat ratio, quæ in possessione,
an non; Ut priori quidem casu statutum, de possessione lo-
quens, extendatur etiam ad quasi possessionem, non poste-
riori casu. Vid. Socin. *ad l. possideri. 3. ff. de acquir. poss.* aliive à
Tiraquell. citati Dd. ut Francisc. Ripa & Alciat. Ad absurdum,
ultimo loco pro contraria sententia allegatum, respondet la-
tius Tiraquell. *d. Gloss. §. n. 132.* quod cesset Statutum, si v. g.
mulier, ut in proposito casu, sola naturali ratione obligatur,
ne cum alterius jactura fiat locupletior, quæ regula in o-
mnibus illis procedit, qui alias obligari non possunt. *l. natura-*
liter. 13. §. ult. cum. l. seq. ff. d. condict. indeb. Add. Schneidew.
ad §. omnium. 1. Inst. d. Actio. ubi prolixius quoque hanc con-
tro-

troverfiam refert, denique etiam duas adjicit limitationes, quæ ibidem videri poffunt. Consentit Bald. *ad l. si quis servo. 20. C. de furt.* qui generaliter concludit, quod Statuta Civitatis, licet fint stricti juris, poffint trahi ad confequentiam, dummodò cafus, ad quem trahitur, non fit inclufus jure communi.

XVI. Ex hujus quæftionis decifione jam quoque patet, quando argumentatio à contractu ad quafi contractum procedat, fc. fi & in vero & in quafi contractu eadem fubfit ratio, tunc namque identitas & efficacia hujus argumentationis, non tam ex vi & proprietate verborum, quam per juftam quandam extensionem fit, ut monent Raphael Cuman. & Alex. de Imola allegati à Nicol. Everhard. *in loc. top. loc. 37. n. 2.* Prætereà argumentatio procedit, quando difpofitio eft favorabilis, prout eft *Constitutio Sacramenta puberum C. si advers. vend.* Quodfi vero difpofitio fuper contractu fit odiofa & pœnalis, tunc non extenditur ad quafi contractum, ficque argumentatio ceflat, ut pulchrè docet cit. Nic. Everhard. *in d. loc. 37. à contractibus ad quafi contractus.* Eodem modo argumentum, à quafi contractu defumptum, procedit quoque in contractu, nifi materia fit pœnalis, & agatur de nullitate actus in odium alicujus. Nam fi in materia pœnali, & quando agitur de nullitate actus in odium alicujus, non licet arguere à quafi contractibus ad contractus, juxta *cap. decet junctâ Gloss. fuper verb. Processus de immunitatib. Eccles. in 6.* regulariter aliàs valebit. Quod verò argumentatio à quafi contractu ad contractum non valeat, quando difpofitio concepta fuper quafi contractu eft odiofa & pœnalis, vult Gloss. *in d. c. decet.* Vid. plura penes Everhard. *cit. loc.* Et hæc quoque in aliis quafi negotiis juxta identitatem rationis procedunt. Hæc de fignificatione dictionis *Quasi* fufficiant.

XVII. Jam ordinis ratio fuadet, ut potiora noſtræ dictionis *Quasi* exempla in corpore juris & paſſim occurrentia ſiſtamus. Notanter vero dico potiora, quia tã frequentiffimè in jure no-

ſtro

*Quomodo
argumen-
tatio à ve-
ro ad quafi
Contractum
procedat.*

*Exempla
dictionis
Quasi.*

stro occurrit, ut impossibile esse videatur, omnia hisce pagellis Academicis includere. Ne verò quispiam cujusdam nos accusare possit confusionis, vocabuli *Quasi* exempla (1.) *in jure personarum*, (2.) *in jure rerum*, tum *in re*, tum *ad rem* considerabimus.

(1.) *In jure personarum occurrit Quasi legitimatio.*

Et (1.) quidem, quoad jus personarum, occurrit *Quasi legitimatio*, quo nomine Althus. *lib. 1. Dicaologic. c. 80. n. 33.* intelligit dispensationem specialiter exprobabili causa à Superiore factam, qua defectus natalium, etiam incestuosorum atque adulterinorum, quoad quid tollitur, ut hoc respectu saltem filius legitimus dicatur. Add. Gail. *lib. 2. obs. 142. n. 6.* Covarruv. *de matrim. p. 2. c. 8. §. 8. n. 16.* à quibus hæc *Quasi legitimatio* potius *dispensatio* vocatur, quia sc. liberi adulterini & incestuosi per singularem dispensationem Principis, absque præjudicio aliorum, quoad propriam solummodo legitimantur personam. Bald. *in l. 1. C. d. nat. lib.* Bach. *ad Treut. vol. 1. D. 2. th. 6. lit. F.* Dn. Struv. *Exerc. 3. th. 53.* Eodem modo Alth. *lib. 1. Dicaol. c. 25. n. 11.* *Quasi alienationem operarum liberi hominis* dicit, si liber homo seipsum quasi alienat, sui que usum alii concedit, operasque suas & ministeria alteri pro pretio addicit. *l. 3. ff. d. oper. serv.* Nam quia aliàs nemo est Dominus membrorum suorum. *l. liber homo 13. ff. ad L. Aquil. l. 6. l. 24. l. 30. C. de liberal. caus.* Et libertas pro re inæstimabili habetur. *l. 106. ff. d. R. l.* Ideoque liber homo nec in commercio esse *l. liberi hominis. 70. ff. de contrah. emt. l. usucapionem. 9. ff. d. usuc.* neque ab alio possideri potest. *l. sed §. 9. ff. d. pign. Nov. 134. c. 7.* Quod autem liber homo operas suas etiam perpetuò alteri locare queat, Coll. Argent. *ad tit. loc. th. 6. arg. l. 71. §. 2. de condit. §. demonstr. l. 37. ff. de lib. caus.* quidem negat; Alii tamen Dd. concedunt, interim promissorem solvendo id, quod interest, liberari asserunt, per *l. si quis. 13. §. 1. ff. de re jud.* Add. Grot. *lib. 2. de jur. bell. & pac. c. 5. §. 27.* ubi inter alia tradit, quod hæc res, si accipiatur in terminis naturalibus, nihil habeat in se nimix acerbitalis, nam perpetua ista locatio compensatur per-

Quasi alienatio operarum liberi hominis.

per-

perpetua alimentorum certitudine, quam sæpè non habent, qui diurnas operas locant.

XVIII. Hæc quidem extra specialem textuum assensum à cit. Althuf. proponuntur; Interim tamen in ipsis fontibus quoad jus personarum *quasi* vocabuli usus occurrit *primo* in *l. si pendentes. 27. §. si servi. 2. ff. d. usufr.* ubi fit mentio servi, cuius testator *quasi ministerio vacuo utebatur*, i. e. vili, & quasi nullo, ut v. g. sit custos porcorum, juxta Gloss. *ad d. l. 27. §. 21.* De hoc servo prædicatur, si eum disciplinis, vel arte instituerit usufructuarius, quod ejus quoque arte, vel peritiâ uti possit. Deinde hujus vocabuli usus occurrit in *l. cum hic. 32. §. si quis non. 27. ff. d. don. inter. vir. & ux.* ubi *Quasi maritus* vocatur, qui minorem 12. annis in domum deduxit, antequam ea justam ætatem implevit, insinulque quæstio movetur: *An donatio ejusmodi conjugii facta valeat?* Et respondetur distinguendo: An sponsalia præcesserint, an non; Ita quidem ut priori casu donatio valeat, quia habita fuit loco sponsæ; Posteriori verò casu nulla sit, juxta Labeonis à Papiniano *lib. 10. quest.* probatam & ab Ulpiano in *d. l. propositam* distinctionem. Unde Interpretes colligunt, quod donatio facta inter eos conjuges, qui conjuges de jure esse nequeunt, sit revocanda, nec morte conjugis donantis confirmetur. Gothofr. *ad d. l. 32. §. 27.* Brunnem. *in Not. ad eand. l.* Barbof. *ad l. 6. ff. sol. matr.* Ad imitationem quasi maritalis foemina immatura, imò quævis, quæ de jure ac legibus conjux esse nequit, *quasi uxor dici potest*, juxta *d. l. 32. §. 27. & 28. ff. eod.* ubi sæpius hoc vocab. quasi occurrit. Imò in *l. 18. C. ad L. Jul. de adult. fæmina*, quam is qui ficto cælibatu, cum aliam matrem familias in provincia reliquisset, sollicitaverat ad nuptias, quasi sponsa vocatur. Quomodo verò & in quonam hoc fiat significatu, testatur Gloss. *ad d. l. 18. vers. sponsa cum Dn.* Brunnem. *ad l. 18. ibiq. alleg.* Covarr. *de matr. p. 2. c. 7. §. 1. n. 8.*

Quasi ministerium

Quasi maritus

XIX. Porrò in Jure personarum occurrit *Quasi nepos*, quem *Quasi nepos*

C



quem pater in locum nepotis adoptat, quasi ex filio suo natus esset, ac ita quasi nepotis nomine venit, sicque nepos naturâ non est, per adoptionem tamen, quæ naturam imitatur. §. 4. *l. d. adopt.* nepos efficitur, perindè ac si verè ex filio natus esset. §. 7. *Inst. d. adopt. l. 11. ff. eod. tit.* Dn. Ludwell. *Exerc. 2. th. 8.* Requiritur tamen in hac adoptione quasi nepotis, ut filii, si quis eum habeat, consensus accedat, ne ipsi invito suus hæres agnascatur. *d. §. 7. l. 6. 10. 15. §. 1. ff. d. adopt.* Sin filio carens pater tamen nepotis loco adoptaverit, ob favorem propagandarum familiarum fictione juris subsistit, perinde ac si filium habuisset. §. 5. *Inst. de adopt.* Sed quid si filius noluerit consentire? Subsistit saltem respectu avi adoptio, ita ut post mortem illius in potestatem filii non cadat. *l. si is. 11. ff. d. adopt.* Et perindè est, ac si ex incerto filio facta fuisset, *arg. l. adoptiones. 43. ff. d. t.* Dn. Ludw. *in Comm. ad §. 7. l. de adopt.* Efectu civili hi quasi nepotes non differunt à veris nepotibus. Vid. Dn. Struv. *Synt. J. C. Exerc. 32. th. 27.* Quemadmodum verò quasi nepotis mentionem in jure nostro fieri hætenus perspeximus; Ita quoq; alio in loco *Quasi Filii & quasi Patris nomen reperimus.* Sic dicitur in *l. 3. §. 1. ff. d. bon. poss. contr. tab. quasi Filius* nepos ab avo emancipatus, qui in filii locum ab eodem adoptatus, & hoc modo jura patris sui nactus est. Hinc solus ad bonorum possessionem, licet alius adhuc exstet nepos admittitur, si modo *quasi Patrem* ejus nepotis, quem retinuerat avus, adoptaverit. *d. l. 3. §. 1. ff. d. bon. poss. contr. tab.* Dehinc alio in sensu *quasi Pater* in *l. 5. §. 12. ff. d. jur. dot.* dicitur is, qui pater verus quidem est, sed curam filiaæ suæ, juris sui effectæ, suscipiens dotem pro ea constituit. Quare quæstio indè enata est: An id *quasi Pater*, an verò *quasi Curator* fecisset? Et dirimit Papinianus litem, dicens: Magis eum *quasi Patrem* id, quam *quasi Curatorem* fecisse. *d. l. 5. §. 12. d. jur. dot.*

XX. Ulterius ad jus personarum spectat *Quasi mortuus*, qualis dicitur is, qui morte quidem naturali ex hac vita non migravit,

Quasi Filius & quasi Pater.

Quasi mortuus.

gravit, jure tamen Civili, ob incapacitatem jurium civilium, pro mortuo habetur. *§. 1. J. quib. mod. jus pat. pot. sol. l. sunt quidam. 17. §. 1. ff. d. pæn.* quales sunt ii, qui maximam vel mediam passi sunt capitis deminutionem. Sæpius enim homines non solum morte, verum etiam maxima & media capitis deminutione puniri solent. *l. 1. §. filium. 8. ff. d. bon. poss. contr. tab. l. verum est. 63. §. societas. fin. ff. pro soc.* Hinc obligari civiliter nequeunt, *l. 22. ff. de R. l. nec nuptias contrahere, l. 7. ff. d. agnosc. & alend. lib.* neque testamenta condere, neque ad solennia testamenti adhiberi. *l. qui testamento. 20. §. 7. ff. qui testam. fac. poss.* Et si quid ipsi testamento relictum est (exceptis alimentis, quæ deportatis quoque relinqui possunt, *l. 16. de interd. & releg. l. 11. d. alim. & cib. leg.*) pro non scripto habetur. *l. 3. de his, quæ pro non script. hab.* Ratio est, quia libertatem & civitatem amittunt. *§. 1. J. de capit. dem.* servi que efficiuntur, qui quoad jus Civile pro nullis habentur. *l. 32. d. R. l.* Inde nec juris Civilis communionem utuntur. *l. 20. §. 7. qui testam. fac. poss.* Quia tamen revera non moriuntur, sed, quoad effectum tantummodò juris Civilis, pro mortuis habentur, ideoq; quasi mortui vocantur *in d. §. 1. quib. & c.* Cujus §. vitiosam esse constructionem, ut transpositione vocabuli *Eo* opus sit, post Hotom. docet Vinn. *in not. ad d. §.* Præter quasi mortuum in materia quoq; usufructus occurrit quasi mortis vocabulū, & quidem in *l. 21. ff. quib. mod. usufruct.* ubi dicitur, quod civitas quasi morte desinat habere usumfructum. Contingit verò hæc quasi mors civitatis vel per aratri inductionem. *d. l. 21. vel quando communicato consilio cives discedunt, l. pen. §. 1. de collat.* aut quando universitas suis legibus, Magistratibus, publico consilio, privilegiis, immunitatibus & juribus suis omnibus, quibus constat, privatur & mœnibus atq; vallis nudatur. Hotom. *quest. illustr. 42.* Jul. Clar. *lib. 5. sentent. §. ult. qu. 16.* Petr. Fab. *lib. 1. semestr. c. 8.* Alhus. *lib. 2. Dicaolog. cap. 9. num. 49.* Similitudinem cum hac quasi morte civitatis habet interdi-



Etum Canonicum, quando Universitati certæ facultas & jus exercendæ religionis adimitur ac Clericis interdicitur, ne divina ibidem peragant officia & Sacramenta administrent. Reinkingk. *de R. S. & Eccl. lib. 3. class. 2. cap. 2. n. 24.* Sed sub hoc interdicto insignis malitia & impietas latet, per ea, quæ tradit Dn. PRÆSES *de jur. templor. cap. 9. num. 9.*

Quasi legiti-
ma tute-
la.

XXI. In tutela *quasi legitimam tutelam* & *quasi suspectum tutorem* cernimus. *Quasi legitima tutela* vocatur, quæ ad exemplum verè legitima introducta est. Vult. & Schulz. *ad tit. de leg. parent. tut.* idque vel exemplo Ulpiani, qui in *l. 3. in fin. de legit. parent. tut.* liberorum emancipatorum vice legitimum tutorem, & in suis *Instit. §. 4. de tut.* per similitudinem tutorem effici scribit, vel quia nec ex lege, nec ex ratione legis, ut legitima agnatorum & parentum tutela, sed ad exemplum & similitudinem harum introducta est. Non enim ex verbis, quia pater v. g. filio emancipato amplius non erat agnatus, neque etiam ex sententia fuit, quia lex parentibus, quippè dissoluta jam agnatione, non perindè, ut Patronis, hæreditatem defert. Wesenb. *ad ff. de leg. agn. tut. n. 3.* Quia tamen Pater, qui filium contractâ fiduciâ emancipat, jus patroni in eum consequitur & per consequentiam hujus juris, exemplo patroni, succedit. *l. 1. pr. & §. 1. si à parent. quis manu. sit. §. ult. J. de leg. agn. succ.* Ideoque tantum moribus, ut videtur Pacio *in not. & aliis*, (dissentiente Wegner. *Disp. Inst. 3. th. 3. lit. L. qui ex interpretatione Prudentum derivatum putat, arg. l. nam ut ait 13. ff. de LL.*) recepta, & per istas consequentias deducta est, unde *quasi legitima* vocatur. Vid. Dn. Tabor *in Partit. Element. Inst. p. 1. th. 30.* *Quasi suspectus tutor* ab Ulpiano *in l. impuberibus. 7. §. si fraus. 1. ff. d. susp. tut.* vocatur, qui non propter fraudem, sed propter latam negligentiam, quæ fraudi propè accedit, removetur. Unde ex hoc textu patet, quod verissimè Mejer. *in Colleg. Argent. ad tit. de susp. tutor. th. 12.* Eckolt. *ad Pand. tit. de susp. tutor. §. 4.* aliive statuunt, tutorem tantum propter latam,

Quasi su-
spectus tu-
tor.

latam, non verò propter levem culpam ut suspectum remo-
veri posse, sicque §. 6. *Inst. de susp. tutor. cum l. fin. C. eod. ex d. l. 7.*
§. 1. explicandus venit.

XXII. Præterea in materia tutelari se offert quoq; *Quasi* *Quasi tu-*
tutor, ut in *l. 1. §. 1. ff. de eo, qui pro tut. l. cur. neg. gess.* ubi *quasi* *tutor.*
tutoris mentio fit. Dicitur autem *quasi tutor*, qui tutor pupilli
verus non est, gerit tamen tanquam tutor res pupilli, & ni-
hil interest, sive bona fide faciat hoc, i. e. putet se tutorem esse,
sive mala fide, i. e. sciat se tutorem non esse, fingat tamen se
tutorem. *d. l. 1. §. 1. Differt hic quasi tutor, alias pro tutor dictus*
à vero tutore non solum in eo, quod etiam ante pubertatem
impletam conveniri possit. *l. 1. §. 3. ff. de eo, qui pro tut. & c.* Sed
& quod res pupilli vendere vel alienare nequeat. *l. 2. ff. eod.*
Denique si egerit in iudicio, exceptione illegitimationis re-
pellitur. *l. 7. C. qui pro tut. neg. gess.* Cæteroquin tenetur quasi
tutor eandem b. f. in tutelæ administratione adhibere, quam
verus tutor. *l. 4. ff. d. t. Berous vol. 3. consil. 128. n. 7.* eamve, si
præstare neglexerit, convenire potest actione pro tutelæ, quæ
est species tum tutelæ, tum negotiorum gestorum actionis,
per *l. 1. pr. l. 4. §. 6. C. de neg. gess.* Add. Manz. *in Tract. de tutel.*
p. 2. t. 5. qu. 1. Ut item iudicetur de hoc quasi tutore, quod de
tutore dicitur. *Natt. vol. 1. consil. 73.* Hinc etiam ipsius bona
tacite pupillo sunt obligata. *Anton. Fab. ad Cod. lib. 8. tit. 7.*
def. 3. Et si officio suo satis fecerit, contrarium iudicium ipsi
adversus pupillum datur. *l. ult. ff. de eo, qui pro tut. neg. gess.* ibi-
que *Dn. B. unnem. Mejer. in Colleg. Argentor. eod. tit. th. 10.* Plu-
ra huc facientia proponunt *Anton. Fab. ad Cod. lib. 5. tit. 28.*
def. 1. Berlich. p. 2. Dec. 230. aliive. Deniq; juri personarum
accensere quoque possumus *Quasi infamem*, qui propter vim *Quasi in-*
privatam hoc nomen meretur, & ob tale admissum publica-
tione tertiæ bonorum partis ex *L. Julia* punitur, de hoc cau-
tum est, ne Senator aut decurio, sit, ne ullum honorem capiat,



neve in eum ordinem sedeat, neve etiam iudex sit, ut videlicet omni honore *quasi infamis* ex Scto careat. *l. 1. pr. ff. ad L. Jul. d. vi priv.* Quasi infamis autem dicitur, quia in quibusdam saltem hic enumeratis causis infamia suum effectum sortitur. Hodie verò is, qui vim privatam intulit, arbitrariè punitur, ita ut, pro ratione circumstantiarum, poena etiam ad mortem extendi possit, *arg. l. 7. §. 3. ff. ad L. Jul. repetund.* Vult. *ad §. 8. Inst. d. publ. jud.* Clar. *5. sent. §. ult. qu. 83. n. 4.* Dn. Ludw. *ad d. §. 8. Inst. eod. publ. jud.*

*In iure Re-
rum occur-
rit*

XXIII. Hæc de iure personarum. In iure verò rerum, & in speciè quoad jus in re multoties hæc nostra dictio occurrit.

Sic (1.) non solum dicimus *quasi suum* in *l. 39. §. ult. ff. ad L. Aquil. in l. si quis. 9. §. Labeo. 3. ff. d. dol. mal. sed & quasi domi-*

*Quasi do-
minium.*

nam & quasi dominium. Quasi Dominus à Zasio ad l. stipulatio. 38. §. hac quoq. 7. ff. d. V. O. is vocatur, qui diu possidendo dominus effici potest, sicque uno vocabulo erit b. f. possessor, qui rem à non domino accepit quasi suam. Aliàs Horomann. *ad §. sed ista quidem. 3. Inst. d. Act. quasi dominium ab effectu defini-*

*Quasi do-
minium.*

nit, quod sit is, qui perindè habetur, ac si dominus esset, eodemque jure utitur, quò, si dominus esset, uteretur. Hinc quamvis impropriè dominium utile quasi dominium appelletur. Calv. *in Lex. jurid. sub hoc vocab.* Propriè tamen *Quasi dominium* dicitur, quod habet bonæ fidei possessor, quando ipsi res tradita est à non domino, justo tamen mediante titulo, hocque Bartol. placuit inter species dominii referre in *l. minor 39. §. fin. ff. de evict. ut* tradit Coras. *miscell. jur. Civ. lib. 6. c. 5. n. 2.* Et hoc quasi dominium actionem realem, publicianam scil. producit, juxta Oldendorp. *in Class. act. class. 3. act. 3. n. 3.* Imò Praxis recepit, ut eod. libello publiciana actio cum rei vindicatione cumulari, atque alternatim proponi, i. e. res jure dominii, vel quasi dominii peti queat. Gail. *lib. 1. Observ. 62. n. 5.* Bachov. *Disp. 3. de action. th. 17.* Schneidew. & Vinn. *ad §. 4. Inst. d. act. n. 4.* Dividunt aliàs hoc quasi dominium in verum, cum

cum verè est solutum, vel transactum, & putativum, cum non vera subest causa, accedit tamen justus error, ut si quis erravit in facto proprio, putans se solvisse, vel transegisse, persuasus fortasse verisimilibus opinionibus, & hoc posterius ad usucapionem non prodest, nisi justus & probabilis error sit, vel in facto alieno, juxta *l. quod vulgò. 11. pro emt. l. usucapio. ult. §. 1. ff. pro suo.* vel etiam quandoque in facto proprio *l. pro emtore. 2. §. si à pupillo. 15. cum seqq. pro emt.* Vinn. *ad §. 6. Inst. d. usuc.* Hoc quasi dominium non esse tertiam speciem dominii, à directo & utili distinctam, multis rationibus probat Apell. citatus à Calvin. *in Lex. Jurid.* ad hoc vocabulum. Althus. quidem *Lib. 1. Dicaol. c. 18. n. 50.* hoc quasi dominium distinguit, quod sit simile vel dominio pleno, vel nudæ proprietati. Priùs statuit in b. f. possessore, posterius propter jus Sui tatis in filio-familias vivente patre & matre admittit; Verùm hanc separationem tanquam minus congruam & præter leges excogitatam meritò rejicimus.

XXIV. Ad imitationem quasi dominii Nostrates etiam (2.) *Quasi possessionem* agnoscunt, quæ in eo à vera differt, quod *Quasi pos- sessio.* vera sit rerum corporalium, mobilium & immobilium. *l. 1. l. 3. l. 44. §. ult. l. 47. ff. d. acquir. vel amitt. poss.* Quasi possessio verò rerum incorporalium, quæ tangi nequeunt, & in jure consistunt, ut sunt usufructus, usus & hæreditas. *l. 23. §. 2. ex quib. caus. maj. in integ. vest. l. 10. ff. si serv. vind.* Harpprecht. *ad pr. Inst. de interd.* Quibus Hotomann. accenset quoque pecuniam, qui tamen refutatur à Bach. *ad Inst. de reb. corp. & incorp.* Ultraq; sententia certo modo tolerari potest. siquidem pecunia duplici modo consideranda est, ratione scilicet materiæ, & ratione æstimationis. Priori modo contradictio in adjecto esset, dicere argentum rem incorporalem esse, juxta Imperatorem in *§. un. de reb. corp. & incorporal.* & Caj. in *l. 1. §. 1. de rer. divis.* Illi namq; , qui negant pecuniam aut nummos aliud esse, quam valorem & quantitatem, vehementer falluntur, uti-

utique enim pecunia materialiter considerari potest ac debet, cum materia pecuniæ fundamentum valoris sit. Salmas. *de usur. & cum eo* Vinn. *ad d. tit. de reb. corpor. & incorporal.* Posteriori verò modo, ratione sc. valoris, facile conceditur rem incorporalem esse, *l. 46. ff. de condict. indeb. l. 94. §. 1. ff. de solut.* Hæ res incorporales, cum per se non extent, verum aliis, tanquam subjecto, inhæreant & innitantur, propriè non possidentur, *l. si ades. 32. §. 1. ff. d. S P. U. l. servitutes. 14. ff. d. servit.* sed analogicè tantummodo & quasi, quod fit per usum & patientiam adversarii. *l. 2. C. d. servit. & aqu. l. Olympico. ult. ff. de servit. l. de aqua. 2. ff. commun. præd.* Sic datur quasi possessio ususfructus *in l. quod est. 3. §. pen. ff. de vi & vi arm.* Item quasi possessio juris aquæ ducendæ, *in l. 10. ff. si servit. vind.* Res præterea, quæ ab hominum commercio exemptæ sunt, in quasi possessione esse censentur, ut res sacræ. *l. 2. §. 2. de interd. ibiq; Gothofred. in not. l. 30. §. 1. in fin. ff. de acquir. poss.* Res Universitatum, ut forum, Basilica. Bocer. *Class. 2. Diss. 2. th. 15.* Quamvis enim res privata tantum rectè possideri dicantur, usus tamè rerum religiosarum ac sacrarum, multò magis usus publicarum rerum est instar alicujus possessionis, *l. in muris. 2. ne quid in loc. pub. qui ne deterior reddatur vel impediatur, interd. quoque de rebus sacris, religiosis ac publicis competunt. Dn. Struv. Exerc. 45. th. 3.* Imò & locorum religiosorum quasi dominium, juxta hunc scil. significatum, constituit Gothofr. *in not. ad d. l. 2. §. 2. de interd. lit. M.*

Quasi usucapio.

XXV. Ex hac quasi possessione Dd. porrò *Quasi usucapionem* deducunt, quam non solum in eo admittunt, qui dicit se in statu usucapiendi fuisse, ut quasi habitu, id est, aptitudine rem usuceperit, si à possessione non cecidisset. Calv. *in Lex. Jurid. ad hoc voc. ibiq; alleg.* Zas. sed etiam in rebus incorporalibus & servitutibus, quia enim hæ solummodò quasi possideri possunt. *l. 10. ff. si serv. vind.* Ideoq; etiam non nisi quasi usucapionem recipiunt, arg. *l. 10. §. 1. ff. de usuc.* Donell. 2. *Comment. 2.* Multi quidem

quidem post transformatam à Justiniano usucapionem servi-
tutes & propriè usucapi volunt, arg. *l. ult. C. de præscr. long. temp.*
& *l. un. C. de usucap. transfor.* Bachov. *ad Treutl. vol. 1. Diss. 17. th. 8.*
lit. A. Verum cum de illa correctione non constet, tutius
fortassis erit, si jure etiam Codicis servitutes longo tantum
usu & quasi possessione acquiri & quasi usucapi dixerimus,
per *l. 10. ff. si servit. vind. l. 1. l. 2. l. 13. C. d. servit. & aqu.* Hunn.
2. var. resol. tract. 2. qu. 14. Zœl. *ad ff. d. usurpat. & usucap. n. 13.*
Dn. Strauch. *Dissert. 8. aph. 4.* Præter hanc quasi possessionem
adhuc alia in jure nostro datur. Sic non solum *Quasi possessor*
ris loco constitutus dicitur is, qui usum coenaculi accepit in
l. 27. ff. d. don. Brisson. *d. V. S. lib. 15.* ad dict. *Quasi.* Sed etiam
quasi possessor vocatur is, qui dolo malo desit rem possidere,
adversus quem perindè agitur, ac si adhuc possideret. *l. 131.*
l. 150. ff. d. R. l. 27. §. 3. ff. d. R. V. Ad imitationem hujus da-
tur quoque *Quasi prædo*, qui per litis contestationem vel de-
nunciationem adversarii cœpit intelligere, hæreditatem oc-
cupatam ad se non pertinere, quia fit malæ fidei possessor. *l. sed*
& si lege 25. §. 5. ff. de hæred. petit. Sic etiam *Quasi malæ fidei pos-*
essoris meminit *l. 2. C. d. petit. hæred.* estque is, qui hæredita-
tem in controversiam jam deductam, & lite contestata sci-
ens ab hærede scripto emit, *d. l. 2. C. d. pet. hæred. l. 13. §. 8. eod.*
Quare cum verus malæ fidei possessor non sit, siquidem titu-
lum, scil. emtionem, habet, rem tamen prohibitam & litigio-
sam comparavit, *quasi malæ fidei possessor* dicitur. Effectus ejus
est, quod itidem fructus, ex re empta perceptos, ac malæ fi-
dei possessor restituat. *l. 13. §. 2. ff. d. petit. hæred. l. 25. §. 9. eod.*
l. 2. C. d. t.

XXVI. In jure rerum porrò se offert *Quasi privilegium* *Quasi dos*
dotis, quod habet mulier in bonis viri, si in conditione istius
erraverit, ac putaverit eum esse liberum, ut mediante hoc
beneficio circa actionem de peculio aliis præferatur credito-
ribus, per *l. 22. §. fin. ff. solut. matrim.* Consimili modo *Quasi dos*
dici-

dicitur, quæ à seruo ancillæ datur. *l. si serua. 39. ff. de jur. dot.* Cum enim matrimonium inter eos non consistat, sed contubernium solummodò instituat, nec dos esse intelligitur. *l. dotis appellatio. 3. eod. Briffon. de V. S. lib. 15. ad nostr. dict. Gothofr. in not. ad d. l. 39. ff. d. jur. dot.* Sic quoque *fundus quasi dotalis* dicitur, qui seruo dotali legatus est, *l. fundus. 3. ff. d. fund. dot.* ideoque soluto matrimonio mulieri reddi debet. *l. 65. ff. de jur. dot.* Dos quoque mulierum *Quasi patrimonium* dicitur in *l. 16. ff. d. relig. & sumt. fun.* Aliàs sub quasi patrimonio venit quoq; *peculium serui*, cum eorundem tantùm, qui sui juris sunt patrimonium intelligatur. *l. quotiens. 47. §. fin. ff. de pec. Briffon. cit. loc.*

Quasi usufructus. XXVII. In materia servitutum & *Quasi usufructus* & *Quasi usufructus* cernimus. *Quasi usufructus* in *l. Luti Titius. 37. ff. d. S. P. R.* vocatur is, cui usus aquæ, sive ad domum, quam tenet, sive quocunque tandem voluerit concessus, sicque hoc modo servitus personalis, quæ ad hæredes non transit, constituta est. *Gloss. ad d. l. 37. Quasi verò usufructus est* jus in iis rebus constitutum, quarum usus consistit in abusu, seu quarum proprietates & substantia salva manere nequit naturaliter, licet maneat civiliter, ut solide monet noster Strauch. *Disp. 7. aph. 30. Add. l. 1. 2. 7. l. ult. ff. d. usufr. ear. rer. quæ us. cons.* Sicut verò causa hujus quasi usufructus impulsiva fuit favor ultimarum voluntatum, in quarum gratiam introductus fuerat. *§. 2. Inst. d. usufr. t. t. ff. d. usufr. ear. rer. quæ usu consumunt.* Schnob. *Disp. Pand. 6. th. 13.* ibiq; B. Dn. D. Cregel in *Colleg Priv.* Ita quoq; differentia nonnullæ inter usufructum verum & quasi intercedunt, quarum quatuor, aut saltem tres ex iudicio B. Ludwell. constituuntur (1.) Ratione rerum, quæ aperta est. (2.) Ratione cautionis, quam tamen de substantia hujus quasi usufructus non esse, ita ut ab ipso constituyente vel hærede remitti possit, contendit cit. Dn. Aut. cum Bach. & Dn. Strauch. *dict. Disp. ad Inst. 7. aph. 41.* quibus tamen B. Hahn. ad Wesenb. *Parat.*

Parat. de usufr. ear. rer. qua usu cons. n. 3. contradicit. (3.) Ratione modi constituendi, quod scil. verus usufructus pactis quoque & stipulationibus, per traditionem tamen consummatis. *§. 1. Inst. de usufr. l. 3. pr. ff. eod.* Quasi verò usufructus tantum ultima voluntate constituatur. *l. 1. §. t. t. ff. eod. l. 69. ad L. Falcid.* Verum licet hanc differentiam ratione initii & causæ impulsivæ concedamus, post introductum tamen quasi usumfructum nil impedit, quominus inter vivos quoque constitui possit. *Dn. D. Cregel in Colleg. Priv. ad Schnob. dict. loc. Dn. Hahn. ad Wesenb. eod. tit. n. 4. Bach. in Comm. ad Inst. §. 2. de usufr. Mejer. in Colleg. Argentor. ad tit. de usufr. ear. rer. th. 2.* ubi obstantia removet. (4.) Ratione finis, quod scil. verus usufructus pluribus modis extinguatur, quasi autem usufructus morte tantum & capitis deminutione. *d. §. 2. Inst. d. usufr. l. 9. ff. d. usufr. ear. rer. qua §. c. l. pen. C. de usufr. & Dd. ferè communiter.* Quomodo aliàs hic quasi usufructus à mutuo differat, eleganter demonstrat *Dn. Eckolt. ad Pandect. ad tit. de usufr. ear. rer. Wisenb. ad ff. eod. tit. th. 23.* ibiq; alleg *Anton. Matth. Althus. lib. 1. Dicaolog. c. 24. n. 30.* species hujus quasi usufructus habitationem, superficiem, operas servorū, pensiones annuas & usumfructum earum rerum, quæ usu consumuntur, constituit. Sed pessimè sane; Hoc modo namque non solummodo dominium utile cum usufructu, sed & servitutes personales inter se invicem & annuas pensiones cum iisdem præter omnem rationem juris confundit.

XXVIII. (6.) Penes Plinium *§. Epist. 16.* offendimus quoque *Quasi testamentum*, quale vocat illud, quod servis suis facere permisit, ubi in sinu paterni amici deflet mortes servorum suorum, attamen duo solatia memorat invenisse, manumittendo eos ante obitum, & testamenta tanquam legitima scribere concedendo. Hinc quasi testamenta sunt, quæ servi ex concessione domini condunt. *Gothofr. in not. ad l. 39. ff. de jur. dot.* Porrò sicuti insignia milites sagati apud Romanos



Quasi ca-
strense pe-
culium.

promeruerunt beneficia, præcipue circa peculium castrense; Ita quoque ad exemplum vel instar istius peculii introductum est (7.) *Quasi castrense in l. cum oportet. 6. in fin. C. de bon. qua lib. & in l. fin. §. 1. C. d. inoff. test.* Nam & illis, quibus ab initio concessum est hoc peculium, forum & Resp. quasi quædam castra sunt, eorumque opera quasi quædam militia, quâ Reip. inserviunt, arg. *l. 14. C. de Advoc. divers. judic.* Habent verò hoc quasi castrense peculium Advocati & LL. Dd. non solum ordinarii, sed etiam supernumerarii. *l. 4. l. nemo. 8. C. de Advoc. divers. jud. l. Advocati. 14. de Advoc. divers. judic. Junct. l. in rebus. 2. ff. d. Constit. Princ.* It. Assessores. *l. 7. C. de Assess. Proconsules, Præsides Provinciarum & Archiatri. l. ult. C. de inoff. test. ut & Clerici. l. 34. §. l. 50. C. d. Episc. & Cleric.* Episcopi tamen, cum jure Novell. dignitas illa patriæ potestatis dissolvat vincula, habere non possunt. *l. 182. ff. d. V. S. l. fin. §. 2. C. d. inoff. test.* In hoc peculio filiusfam. eandem ferè habet potestatem, ac in castrensi peculio, ut ex *l. quis saxum. 7. §. ult. ff. d. don. l. Sacrosancta. 34. l. cur lege 50. §. authent. Presbyteros C. d. Episc. & Cleric. pr. Inst. quib. non est permiss. fac. test. §. ult. Inst. d. mil. test. l. 1. §. 15. ff. d. collat.* aliisve patet. Hoc unicum observandum est discrimen, quod filiusfam. de hisce bonis conficiens testamentum, observare debeat formam à jure communi præscriptam. *§. fin. Inst. d. mil. test.* Quia in militibus Justitiæ, seu rogatæ militiæ, cessant rationes privilegiatæ inservientes testamenti factioni, ut testatur Schneidew. *ad tit. Inst. de mil. test. n. 11. Arum. Exere. ad Inst. 7. th. 9. Add. Dn. Strauch. Diss. 9. th. 7.* Aliàs notatu dignum est, quod omnia militis bona aliquandò quasi peculium appellentur, idque tunc contingit, quando filiusfam. miles decessit, & ejus bona ab intestato ad patrem perveniunt, tunc ipsi non deferuntur quasi hereditas, sed quasi peculium, ut loquitur *l. 2. ff. d. Castr. pec.*

XXIX. Num vero peculium quasi castrense iterum sub dividi possit, ut aliud sit quasi castrense in specie, aliud, quod ali-

un-

undè filiisfamilias obvenit, & vulgò adventitium vocatur? Quæstio altioris est indaginis. Communiter hoc negant Interpretes, præcipuè Latini, qui adventitium ad paganum referunt peculium. Vid. præ cæteris Vinn. *in Comment. ad §. 1. Inst. per quas person. cuiq; acquir.* Verum ab hac sententia Argentoratensis Jctus Mejer. *in Colleg. Argentor. tit. de pecul. th. 3.* recedit, quem sequitur Dn. Tab. *ibid. in Not. & Bicc. sect. 1. rer. quotid. th. 10. lit. M.* ubi ex mente Græcorum ad quasi castrense peculium, scilicet generale, non tantum referunt quasi castrense in speciè sic dictum, sed & adventitium, idque propterea, quod in plerisque, quæ formam juris respiciunt & castrense peculium concernunt, conveniat cum castrensi, ut rectè obtineat medietatem inter paganum & castrense. Hinc non solummodò *ad l. 50. ff. ad Sc. Trebell. sed & ad l. ult. C. de coll.* præcipuè verò *ad l. 7. C. de bon. qua lib. pro vocant*, ubi dicitur, quod in peculio adventitio pleno filiifam. ad similitudinem castrensis peculii, omnem facultatem habeant. Et quæ sunt alia argumenta, quæ Mejer. *in Colleg. Argent. cit. loc.* proponit. Hinc etiam fluit, quod filiofamilias de bonis adventitiis, pleno jure possessis, testamenti factionem concedant ex mente Græcorum Interpretum. Vid. *Colleg. Argent. ad tit. qui test. fac. poss. th. 7. Bicc. sect. 3. rer. quotid. th. 73. Locam. ad Inst. quæst. 220.* Verum hanc opinionem pluribus examinat, & fundamentis contrariis fusius respondet Bach. *in Tract. de Act. Disp. ult. Corall. 2.* ubi insimul monet, quod non statim ea bona omnia, in quibus filiifam. quodammodo militi comparatur, ad quasi castrense peculium referenda sint, quoniam peculium quasi castrense non ab effectu, quod aliqua similia habeat cum castrensi peculio, sed à causa efficiente, quod ex militia togota quæsitum sit, appellatum. Nostram mentem in discursu data occasione explicabimus.

XXX. In materia porrò testamentaria cernimus quoque (8.) *Quasi posthumum.* Et quia agnatio plerumque fit per post-
humos, *Quasi post-
humus.*



humos, qui sint in duplici differentia, aut enim veri sunt, aut quasi posthumi; Ideò ad clariorem quasi posthumorum cognitionem inserviet nobis prius, qui dicantur veri posthumi. Sunt autem illi, qui post patrem, matrem, aliumve ascendentem nascuntur. *l. 3. §. 1. de injust. rupt. irrit. fact. test. l. 29. ff. d. lib. & posthum. her. instit.* quasi dicas, post humatum patrem nati. Proinde quasi posthumi sunt, qui naturâ posthumi non sunt, quoad effectus tamen civiles & succedendi rationem, instar verorum posthumorum habentur, eaque causa efficit, ut alii dicantur agnasci, alii quasi agnasci. *§. 2. d. ex hered. lib. §. 1. Inst. quib. mod. test. infirm.* Sunt vero hi quasi posthumi itidem in triplici differentia (1.) si vel vivo patre, testamento tamen jam condito, nascuntur. *l. 3. §. 1. de injust. rupt. irrit. fact. test.* Vel (2.) si ante factionem testamenti in vivis quidem constituti, sed non sui hæredes sunt, per arrogationem tamen & adoptionem suorum hæredum loca, quasi agnascendo, postmodum occupant. *l. 8. de injust. rupt. irr.* (3.) si nepos, mortuo & emancipato filio in locum sui patris succedit hæresque suus avo efficitur. *d. §. 2. Inst. de exher. lib.* Effectus jus civile eisdem tribuit quasi posthumo, quos vero. Itaque in testamento sunt vel hæredes instituendi, vel exhæredandi. *d. text.* Quod si non fiat, rumpitur testamentum. *d. l. 28. ff. d. injust. rupt. test. l. 3. §. 1. eod.* Ne autem testamenta ritè facta per agnationem posthumorum & quasi posthumorum rumpantur, formulam, quâ posthumi nepotes institui possunt hæredes, Gallus in *l. Gallus. 29. pr. ff. de lib. & posthum. her. instit.* præscripsit; Ast cum hæc ad omnes evenientes casus non sufficeret, plenius huic rei per *L. Jul. Vellej.* & denique per Juliani sententiam in *d. l. 29. §. 15.* prospectum est. Hinc *posthumus vel Aquilianus*, qui suus ne fuerit, an alienus, vid. Cujac. ad *d. l. Gallus ff. d. lib. & posthum. her. instit.* Fachin. 10. *Controvers. 42.* vel *Vellejanus*, vel etiam *Julianus fuit.* Addatur & *Cornelianus*, qui post captivitatem testatoris natus est, quia pater ipso nativ-

tatis

tatis momento pro mortuo habetur. *l. qui uxorem. 15. ff. d. in-just. rupt. & irr. fact. test.* Cujac. *ad l. 12. qui test. fac. poss.* Faber *10. Conject. 9. & 10.*

XXXI. Quasi posthumum excipit (9.) *Quasi pupillaris substitutio*, à nonnullis exemplaris dicta, quam significationem tamen cum Duareno 2. *Disp. 7.* rejicit Dn. Ludw. *Exerc. ad Inst. 8. th. 6.* ex ratione, quod peculium, ad exemplum castrensis introductum, non exemplare, sed quasi castrense appelleretur; Verum in his adeò scrupulosi non erimus, sufficiat nobis, quod hæc quasi pupillaris substitutio, aliàs *Justiniana* dicta, propter Autorem *l. humanitatis. 9. C. d. impub. & alius substit.* fiat à Parentibus utriusq; sexus, ut & matri & avia competat. *l. 9. in fin. C. eod.* Excepta matre, quæ ad secunda vota transit, arg. *l. 22. §. pen. C. de admin. tutel. liberis mente captis. d. l. 9.* Etiam naturalibus & vulgò quæsitis, à matre scil. & avia, eum in casum, si in tali statu decesserint. *l. 43. de vulg. & pupill. substit.* Causa impulsiva hujus quasi pupillaris substitutionis olim fuit singulare Principum beneficium. *d. l. 43.* Postea generalis Justiniani Constitutio *in d. l. 9. C. de impub. & al. substit.* proposita, ibiq; adducta iudicii infirmitas, quam mente capti cum impuberibus aliisq; communem habent. *cit. l. 43.* Ex qua rationis identitate fuit extensio non solum ad furiosos, prodigos, arg. *l. 17. qui test. fac. poss.* Dn. Hahn. *ad Wesenb. de vulg. & pup. substit. num. 8.* Sed & ad surdos & mutos, cum itidem iis, ob similem naturæ defectum, generalis *d. l. 9.* competit ratio. Consentit Bach. *ad Treutl. Vol. 2. Disp. 11. th. 10. lit. E.* Debet tamen certo ordine fieri, ita scil. ut primo liberi furiosorum & mente captorum, vel his non extantibus fratres & sorores, & deniq; extranei substituuntur, per *d. l. 9. C. d. impub. & al. substit.* Num verò unum ex liberis, reliquis impunè præteritis, substitutum esse sufficiat, multi quidem opinantur, quæ sententia quoq; verbis *d. l. 9.* responderet, ex æquitate tamen contrariam defendunt Treutl. *Vol. 2. Disp. 11. th. 10. lit. E.*
 ibiq;

Quasi pupillaris substitutio



ibiq; Bachov. Gilken. & Brunnemann. *ad d. l. 9.* Exspirat hæc substitutio vitio animi sublato, & quidem in perpetuum. *d. l. 9.* Reviviscente enim morbo substitutionem quoq; reviviscere communiter ferè statuunt Dd. Vid. Gilken. *ad d. l. 9.* qui omnia ad hanc materiam spectantia resolvit, & varias hac de re Dd. opiniones refert.

*Quasi non
sana men-
tis.*

XXXII. *Quasi non sana mentis* (10.) in materia testamentaria dicuntur ii, qui quidem verè furiosi non sunt, quia tamen contra officium paternum liberos in testamento immeritò aut inique exhæredarunt, contra pietatem legemve naturæ, quæ liberos ad successionem vocat. *l. 7. §. fin. ff. und. lib. l. 7. pr. ff. de bon. dam. pr. Inst. de inoff. test.* ipsisq; hoc modò injuriam faciunt. *l. 3. l. 4. ff. d. inoff. test.* perindè habentur, ac si sanæ mentis non fuissent eo tempore, quo condiderunt testamentum. Et hic dementiæ color, quasi non sanæ mentis, pro conservanda reverentia Parentum, & ne liberi eorum testamentum directò inofficiosum dicerent, ita jure suo caderent, ipsisque hæreditas tanquam indignis auferretur ac fisco applicaretur. *l. 8. §. 14. ff. de inoff. test.* necessario prætendendus fuit. *d. pr. Inst. de inoff. test.* Et moribus hodiernis illum observandum esse, cum Myns. *ad Inst. & Hœnon. Disp. ad Inst. 9. th. 4.* contendit. B. Ludwell. *Exerc. 8. th. 8. lit. C.* Verum quia hodiè jure novissimo per *Nov. 115. c. 3.* quæstio omnis in causis exhæredationis consistit, quas hæres scriptus probare tenetur, neque tamen illis probatis totum testamentum, (quod fieret si ad furorem testatoris respiceretur) sed institutio saltem hæredis rescinditur, juxta *d. Nov. 115. c. 3. §. 4.* Ideò que probabiliter existimare quis potest, colore hoc hodiè opus non esse, ut monet Frantz. *ad Pand. d. inoff. test. n. 12.*

XXXIII. Inter hæredes quoque (11.) nonnulli occurrunt, qui & *Quasi sui* & *quasi hæredes* vocantur. *Quasi suos hæredes* Calvin. vocat ascendentes, ut & patruos & fratres. *Quasi hæredes* verò non solum sunt, qui utilibus actionibus à Præto-
datis

*Quasi sui,
& quasi
hæredes.*

datis in hæreditatem restituuntur. *l. si mulier. 21. §. ult. ff. quod met. caus.* Sed etiam omnes omninò Prætorii Successores. *Briffon. d. V. S. l. 15. ad hoc vocab.* In omnibus enim hæredum vicè habentur bonorum possessores. *l. 2. ff. d. bon. poss. l. 138. ff. d. V. S.* Hinc quæ de hæredibus in jure dicuntur, etiam regulariter in bonorum possessore locum habent, juxta *l. 19. §. 2. de cond. & demonstr. l. 1. §. 7. ad SCt. Trebell.* Dauth. *de substit. n. 234.* Donell. *lib. 7. Comm. 14.* ibique Hillig. *lit. C.* Præcipuè (12.) magnam hoc quasi vocabulum *SCto Trebelliano* ex interpretatione Imperatoris attulit utilitatem. Cum enim variæ olim de fideicommissis orirentur altercationes, ita ut, qui totam hæreditatem restituere rogati essent, ob nullum aut minimum lucrum petitis testatoris satisfacere detrectarent, per *§. 6. Inst. d. fideicom. hered.* Ideoque huic morbo medelam quandam attulit *SCtum Trebellianum*, atque constituit, ut recipiens ab hærede instituto hæreditatem simul etiam reciperet onera & actiones. *§. 4. Inst. de fideicom. hered.* Sed quia nec hoc modo incommoda penitus sublata erant, *SCtum Pegasianum*, ad exemplum *L. Falcidiæ*, quartam hæreditatis directo hæredi, cum oneribus tamen hæreditariis, detrahere permisit. *§. 5. Inst. de fideicom. hered.* Verùm cum neque hac via technis atque calliditatibus hominum penitus obventum fuerat, *§. 7. J. d. t.* Idcirco Imperator *SCti Pegasiani* sensiones captiosas (dum in legibus magis simplicitas, quam difficultas placere debet. *d. §. 7.*) sustulit, & omnem auctoritatem *SCto Trebelliano* præstitit, ut ex eo fideicommissariæ hæreditates restituerentur, sive habeat heres ex voluntate defuncti testatoris quartam, sive plus, sive minus, sive nihil penitus, ut tunc, quando vel nihil, vel minus quartâ apud eum remanet, liceat ei quartam, vel quod deest, ex sua auctoritate retinere, vel repetere solum, quasi ex *Trebelliano SCto*, pro rata portione actionibus tam in hæredem, quam in fideicommissarium competentibus. *d. §. 7.* Ideoque *SCtum Trebellianum* citra captiosas

Quasi SCto Trebell.

ptiosas circuitus transferebat id, quod non nisi per stipulationes interpositas, longosque & captiosos ambitus Pegasianum exequabatur, Vinn. *ad d. §. 7. de fideicommiss. hered.*

Quasi pignus.

Quasi Serviana actio

XXXIV. Ulterius datur (12.) in jure rerum *Quasi pignus*, quo nomine venit omne id, quod loco pignoris retinetur. *l. 13. §. offerr. §. ff. d. act. emt. & vend.* Adeò ut & tacitum pignus sub quasi pignore contineatur in *l. 34. ff. de damn. inf.* ut hunc text. cum Gloss. explicat Althus. *lib. 1. Dicaol. c. 72. n. 2.* ut & *Quasi Serviana actio* ad exemplum Servianæ à Servio Prætorè, qui eam in Edicto proposuit, ita dicta. Wesenb. *ad §. 7. Inst. de Act.* ibique Dn. Ludwell. Est autem actio Prætorialis realis, *l. est in arbitr. ult. C. d. O. & A. l. si cum venditor. 66. ff. d. evict. l. 17. d. pign. & hyp. l. 18. C. eod. l. 2. C. si unus ex plurib.* quæ competit cuilibet Creditori hypothecario, *l. grege. 13. §. cum pignori. 2. ff. d. pign. & hyp. l. 4. C. quæ res pign.* contra possidentem rem aliquam, quæ ei tacitè vel expressè est obligata. *l. Item quia. 4. pr. ff. d. pact. l. 4. pr. ff. in quib. caus. pign. tac.* Dicitur nonnunquam simpliciter Serviana, ut in *l. si ab eo. 18. ff. de pign. utilis Serviana in l. aliquando. 13. §. 1. ff. ad Sc. Vellej. l. 1. §. 2. ff. d. pign. l. 1. C. Comm. de leg. propriè hypothecaria in l. in hac actione. 3. §. 3. ff. ad exhib.* Dicitur verò Prætorialis, non quod à Prætorè introducta, sed quod Jctorum ingenis excogitata sit, ad exemplum Servianæ; Causam tamen & initium à Jurisdictione Prætoris acceperit. Conf. Vinn. *ad §. 7. Inst. d. act. n. 6.* Habetq; cum Serviana sequentia singularia (1.) quod jure novo non aliter contra quemcunque tertium possessorem competat, quam si prius principalis debitor fuerit excussus. *Nov. 4. cap. 2.* quæ exceptio opponi quoque potest creditori specialem hypothecarum vindicanti. Frantzk. *lib. 1. resol. 12.* Quicquid etiam statuat Dn. Carpz. *Part. 2. Const. 18. Def. 13.* & Dn. Hahn. *ad tit. de distract. pign. n. 1.* per *Nov. 112. c. 5.* (2.) Quod contra extraneum 30. annorum spatium, contra ipsos debitores verò 40. annis præscribatur. *l. 7. pr. & §. 1. C. d. præscr. 30. vel 40. annor.*

ratio-

rationem elegantem suppeditat Dn. Struv. in Synt. Jur. Civil. Exerc. 26. th. 40.

XXXV. Denique (13.) hoc vocabulo *Quasi* in materia actionum utiles designantur actiones, quæ, deficientibus verbis, ex mente & sententia legis Edictivè per interpretationem extensivam producuntur. l. cum qui. 5. §. pen. ff. de constit. pec. Dn. Struv. Exerc. 46. th. 76. Sic præcedens actio quasi Serviana juxta antea dicta utilis dicitur in l. 13. §. 1. ad SCt. Vellej. l. 1. C. commun. de legat. l. 1. §. cum prædium. 2. ff. d. pign. Eodem modo quasi publiciana pro utili publiciana sumitur in l. 70. ff. de Reivind. Porro datur quasi Fabiana & Calvisiana. l. constitutione. ult. ff. si quid in fraud. patr. fact. Utilem quoque actionem quasi institutoriam dandam, dixit Papinianus in l. 10. §. idem. 5. ff. mandat. Aliàs dicitur: Utili actione ad exemplum institutoria actionis agere. l. 13. §. si procurator. 25. ff. d. act. emt. Sic & utilem actionem damni injuria quasi ex L. Aquil. dari, dicit l. 51. ff. d. furt. Item & utilem actionem quasi tutelæ nominamus in l. 52. pr. ff. d. pecul. & utilem actionem quasi domino dari in l. si ususfructus. 22. ff. d. aqu. & aqua. plu. arc. Vid. Brisson. de V. S. lib. 15. ad hoc nostr. voc. Denique ad materiam testamentariam (14.) non incommodè referri potest legatum illud, quod quasi æs alienum eveniente casu dici solet, idq; accidit, quando hæredes legatarii successionis jure ad legatum admittuntur, & cum hoc non ex judicio defuncti fiat, sed successionis necessitate, propriè non ad legatum, sed ad quasi æs alienum admitti dicuntur. l. 1. §. 3. ut leg. caus. cav.

Quasi vocabulum in materia actionum utiles denotat actiones.

XXXVI. Hæc de nostri Syncategorematis usu quoad jus in re sufficiant. Ratio ordinis suadet, ut & paucis quoad jus ad rem expendatur, ubi se primo offert *Quasi mutuum*, quo nomine Althus. lib. 1. Diceolog. c. 68. n. 25. indigitat tale mutuum, quod ex post facto vel ab homine, vel etiam à lege confirmatur atque mutui vicem habere dicitur. l. 3. §. 3. ff. ad SCt. Macedon. Quando verò illa confirmatio fiat ibid. num. 26. & 27.

Quasi mutuum.



fusus demonstrat. Verum significatio quasi mutui legalis patet ex *l. 9. §. deposui. fin. ff. d. reb. cred.* Vocatur autem ibidem *quasi mutuum* pecunia penes quendam ita deposita, ut ipsius usum habeat, circa quem casum fluctuant Interpretes: An depositario usu rei depositæ relicto maneat depositum, an verò fiat mutuum? Quid Dn. Struv. verum videatur, ex ipsius *Synt. Jur. Civ. Exerc. 21. th. 36.* fusius patet; Alii verò putant, quod utroque casu, sive ab initio, sive postmodum partes conveniant, ut depositarius deposita pecunia utatur, & usuras præstet, maneat quidem depositum, *l. Publica Mævia. 26. §. 1. & l. 27. ff. depos.* quamvis utrumque notissimos depositi terminos excedat, *l. Lucius Titius. 24. ff. depos. Hinc. ad l. 9. §. fin. & l. 10. ff. d. reb. cred.* ubi pro quasi mutuo habetur, respondent, quod quidem respectu primæ intentionis contrahentium, & quoad effectum pactorum depositum sit & maneat, sed pro mutuo habeatur ac quasi mutuum constituat, quatenus notissimos depositi terminos egreditur. *Zoel. ad tit. ff. depos. n. 4.* Dn. Hahn. *in not. ad Wesenb. eod. tit.* Quapropter etiam hoc depositum pro irregulari habetur ac improprio. *Zoel. ad ff. d. loc. in tantum,* ut & juxta *Bach. ad Treutl. Vol. 1. Disp. 26. th. 7. lit. B.* compensatio in hoc deposito admittatur.

XXXVII. Aliàs quoque hujus quasi mutui fit mentio in *l. si ego. 18. ff. d. reb. cred.* ut & in *l. 36. ff. de A. R. D.* in quibus textibus gravissima movetur quæstio: *An per traditionem, si error vel dissensus in causis interveniat, dominium transferatur?* Ut puta si quis pecuniam animo donandi dederit, alter verò quasi creditam accipiat, & quidem, quod dissensus dandi & accipiendi translationi non obsit. *l. 36. d. A. R. D.* demonstrat, modo causæ istæ, licet numero quidem sint diversæ, genere tamen eatenus conveniant, ut utraque efficax sit ad transferendum dominium. Hinc *Vinn. ad §. 40. Inst. d. R. D. n. 5.* notanter dicit: *Si utringq. subesse existimetur causa idonea, ex qua dominium transferatur, veluti si ego alicui tradam pecuniam donandi*

mandi

mandi animo, ille verò quasi creditam accipiat, quia ex utraq; causa id pariter agitur, ut dominium transferatur, traditionem efficacem esse, idque & Julianus generaliter probat *l. cum in corpus. 36. ff. d. d. A. R. D.* Verum ab hac Juliani sententia Ulpian. *in d. l. 18. ff. d. R. C.* recedit, & de eodem casu sequentia proponit verba: *Magisq; nummos accipientis non fieri.* Contius *1. Disput. 9. & Bach. ad Treutl.* dissidium hoc irreconciliabile esse putant. Alciat. *5. Parerg. 15. Pac. 3. quest. 67.* & Gilbert. *Reg. 2. Enant. ult.* diversas in his locis species subesse putant, pecuniam creditam apud Julianum interpretantes debitam, contra usum verborum & manifestum Jcti sensum. Quare hæc conciliatio approbanda non est. Alii cum Connan. *3. Comm. 7. Donell. 4. Comm. 18.* non negant, hoc in casu nummos verè accipientis fieri, sed negant tantummodò, perfectè & irrevocabiliter ipsius fieri, quam conciliandi rationem quoque approbat post Vinn. B. Ludw. *ad §. 41. Inst. d. R. D. n. 2.* Solidissimè respondet noster Strauch. *Disp. 6. aph. 38.* quod *d. l. 18. pr. d. R. C.* non neget dominium transferri traditione, sed neget, quod contractus teneat. Breviter, non negat simpliciter nummos accipientis fieri, si traditionem ipsam, & voluntatem tradentis inspiciamus, sed ex hisce solum modo causis, circa quas dissensus occurrit, transire negat.

XXXVIII. Præterea solutio indebiti quasi mutuum vocatur *in l. 5. §. 3. ff. d. O. & A.* propter communia, quæ cum mutui datione habet. Vid. illa, quæ non solum refert Cujac. *8. Observ. 34.* sed & ex parte proponit Caj. *in l. 5. §. 3. d. O. & A.* ubi ait: *Eum, qui non debitum accepit, eadem actione teneri, quàm debitores creditoribus.* Verum licet ii, qui indebitum & qui mutuum acceperunt, teneantur eadem actione, quod attinet idem genus actionis; Tamen pro causæ petendi diversitate sunt diversæ conditiones certi ex mutuo & indebito. Differunt enim mutuum & indebitum ratione objecti, siquidem mutuum earum tantum rerum est, quæ pondere numero &



*Quasi com-
modatum.
Sc.*

mensura constant; Solvi autem per errorem quasi debita, etiam quævis alia, & soluta condici possunt, quibus in creditum nonitur. Vinn. *ad §. 1. J. quib. mod. re contrah. obl.* Quasi mutuum excipit *Quasi commodatum & Quasi depositum*, itidem in *l. 18. ff. d. Reb. Cred.* cum *Quasi donatione* à Jcto propositum, de quibus negotiis ex ipso textu facilius constat. Althus. quidem *Dicaol. lib. 1. c. 69. n. 7.* quasi commodatum vocat precarium, seu precarii rogationem, de qua in *l. 33. de usucap. & in tit. de precar.* hocque exinde, quod commodato affine sit, & detur res itidem gratis utenda, ita tamen ut pro lubitu concedentis revocari possit. *l. 1. pr. l. Ait Prator. 2. §. 2. l. 15. ff. d. precar.* Verum quamvis in *l. 1. §. 3. ff. eod.* precarium & commodatum comparentur, hoc tamen fit non simpliciter, sed secundum quid, in eo scilicet, quod in utroque usus gratuitus in utentem transferatur, præterea quod utrumque objecto conveniat. Tamen hæc dua negotia in plurimis à se invicem distincta sunt. Vid. Cujac. 23. *Obs. 21.* Donell. 14. *Comm. 34.* ibique Hillig. *lit. B.* Quapropter etiam quasi commodatum nullibi in legibus vocatur, sed illud est *quasi commodatum, & quasi depositum & quasi donatio est*, quod quis animo commodandi, deponendi, vel donandi dedit, alter verò non eadem intentione accepit, propter quem dissensum postmodum inter Jctos *cit. text.* antea proposita quæstio exorta est.

*Emtio qua-
si alea.*

XXXIX. In emtione venditione & quidem in *l. nec emtio. §. 1. ff. d. contrah. emt.* datur *emtio quasi alea.* Quasi alea verò dicitur emi, quando vel jactus retis, vel captura piscium, avium, aut missilium venit, hæcque venditio, quamvis de corporum quantitate & qualitate contrahentibus non constet, pura est & valet, licet nihil in rete inciderit, quia spectantum, vel si accuratius loquamur, jactus solummodò venditus est. Undè quoque pretium debetur, etiamsi nihil capiatur. *l. si jactum. 12. ff. d. act. emt.* quemadmodum & contra debetur omne, quod captum est, licet pretium duplo minus sit. *arg. d. l. 12.* Etsi enim aliàs

aliàs in casibus certis, qualis est emtio venditio, id quod inter-
est, aut læsio contingens duplum excedere nequeat. *l. 11. C. d. Sentent. quæ pro eo, quod inter. l. 2. C. d. rescind. vend.* Tamen hic non dicitur æstimari id, quod interest, sed magis ipsa res, cap-
tura sc. & jactus. *Frantz. ad Pand. de contrah. emt. n. 120.* Quod si ve. o jactu retis aliud aliquid, quam de quo actum sit, capia-
tur, quæritur cui nam id maneat? *Dn. Strauch. Dissert. 15. aph. 3.* id adjudicat venditori. *Conf. Zœf. d. contrahend. emt. n. 26.* Alii verò extrahenti, non jure contractus, sed inventionis. *Dn. Brunnemann. ad d. l. 8. §. 1. de contrah. emt.* Offert se porrò in jure ad rem *Quasi debitum*, & dicitur illud, quod ex pollicita-
tione ob honorem proficiscitur. Notum enim est, non om-
nem pollicitationem firmam esse, sed eam saltem, quæ ob causam fit. *l. 1. §. 1. ff. de poll.* Quando igitur aliquis ob hono-
rem promisit, ex causa promississe censendus est, & sic *quasi debitum* alter petere potest. *l. 3. pr. ff. d. pollicit.*

*Quasi debi-
tum.*

XL. Hæc de varia usurpatione quasi vocabuli, præter eam, quæ in quasi contractibus occurrit. Quare citrà verborum ambages progressum ad eos ipsos jam faciemus. Sunt quidem nonnulli, qui terminum istum *Quasi contractus* ægrè ferunt, utcunque enim obligatio nasci quasi ex contractu dicatur, tamè contractus quosdam in jure quasi contractus non appellari, ut refert *Vultej. & Bach. ad pr. Inst. d. obl. quæ quas. ex contr. nasc.* Malunt itaque vocitare hos contractus improprios. *Vult. 1. Jurispr. 42.* Sed in verbis præter necessitatè laborant, eadem namque operâ alias conceptiones à quasi vocabulo desumptas, actionis quasi *Servianæ*, quasi possessionis, quasi agnationis, similesque expungant necesse est, quas tamen *Cujac. citatus à Dn. Tab. in Part. Elem. p. 3. sect. 4. th. 49.* aliive defendunt. Proponuntur autem *quasi contractus*, aut, ut ipse titulus inscribitur *Obligations, quæ quasi ex contractu nascuntur*, in *Institut.* sub peculiari titulo & ordine enarrantur sex species: (1.) *Negotiorum gestio.* (2.) *Tutela.* (3.) *Rei communio.* (4.) *Hereditatis communio.* (5.) *Ad-*

*De quasi
contracti-
bus.*

*Species
quasi con-
tractuum.*



(5.) *Aditio hereditatis*. (6.) *Acceptio indebiti*. Hæ tamen magis exempli gratia ab Imperatore allegantur, quam quod præter eas nullæ aliæ in nostro jure reperiantur, ut communiter Dd. *ad pr. d. t.* testantur. Nam ad quasi contractus adhuc spectat *Communitio finium*, unde *actio finium regundorum t. t. ff. & C. fin. reg. Judicium*, seu *litis contestatio. l. 3. §. 11. ff. de pecul. unde actio rei judicata*. *Erogatio sumtuum funebrium*, unde *actio funeraria. l. §. si quis. 14. §. 6. ff. d. relig. & sumt. fun.* *Obligatio ob rem dati re non secuta. l. dedi tibi ult. ff. d. condict. caus. data caus. non sec.* unde nascitur *condictio*. Vid. Dn. Strauch. *Disser. 16. aph. 14. Item receptum*, quia Exercitor navis, cauponæ. vel stabuli factio receptionis tacite promittit, res receptas salvos fore. *l. 1. §. 2. 3. 6. & seq. ff. d. recept. ut §. Acceptio sine causa*, ac juxta non nullos *detentio rei*, unde *actio ad exhibendum. t. t. ff. & C. ad exhib.* Bocer. quidem *Class. 3. Disp. 1. th. 2. & 3.* præter relatas species adhuc alias recenset, ut (1.) *Petitionem bonorum possessionis delata* (2.) *Acquisitionem rei ob turpem vel injustam causam* (3.) *Emtionem prædii*, quod quisquam alius, vel ratione territorii, vel ob communem censum, ex loci statuto, vel consuetudine retrahere potest (4.) *Negotiationem filii fam. vel servi in merce peculiarari*, unde *Tributoria actio* (5.) *Possessionem peculii filii fam. vel servi*, unde *actio de peculio* (6.) *Actionem de in rem verso*. Addit & (7.) *Harprecht. Actionem quasi pignoris. l. 15. §. fin. ff. de furt.* Verum cum enarratæ à Bocero species ad numerum quasi contractuum non pertineant, meritò quoque ab aliis omittuntur.

XLI. Quemadmodum verò supra demonstravimus, quasi castrense peculium ad exemplum castrensis veri introductum esse, ita nunc idem de quasi contractibus, quod scilicet ad exemplum verorum contractuum recepti sint, asserendum erit. Hennig. Rennem. *in Jurispr. Romano-Germ. de Jur. Ob. Disp. 29. th. 1. lit. B.* Eaque de causa quasi contractus dicuntur, quia non propriè nasci ex contractu intelliguntur, nec ex maleficio substantiam suam capiunt. *pr. Inst. d. Ob. quæ quas. ex contr.*

contr. nasc. Quapropter particulam *quasi* hic & similitudinis & improprietatis notam esse, dicit Vinn. *ad pr. Instit. de Obl. qua quas. ex contr. nasc.* Et quidem *improprietatis*, quia quasi ex contractu obligationem nasci dicimus, quando citra conventionem nascitur ex facto non turpi, cum aliàs ex contractu nulla sit obligatio sine conventionem. *l. 1. §. 3. ff. d. pact. Similitudinis* verò, quia ex facto non turpi, i. e. quod non cadit in speciem maleficii, obligatio oritur. Hinc & quasi contractus jure præsumta conventio dicitur, dum mediante negotio aliquo inter ignorantes quoque obligatio inducitur, sicque describi potest, quod sit *presumta conventio, ex qua mediante facto aliquo producitur obligatio.* B. D. Ludw. *in Comment. ad Instit. pr. d. Obl. qua quasi ex contract. nasc.* Donell. *15. Comment. cap. 14.* Alii, ut Harpprecht. *ad d. pr.* malunt quasi contractum definire per *negotium*; Alii per *factum*. Sic Vinn. quasi contractum vocat omne factum non turpe, quò aut is, qui fecit, alteri, aut alter ei, aut uterque alteri sinè conventionem obligatur. Verum & hæc descriptiones à nostra mente & scopo parum aberrant, modò sciamus, quod negotium & factum illud sit causa, ex qua hæc præsumta conventio fluit. Rectè verò vocatur conventio. Nam quia contractus sunt conventiones, meritò etiam illi, qui in speciè quasi contractus dicuntur, conventiones vocari possunt præsumtæ, dum ex illis obligationes perindè, ut ex aliis conventionibus nascuntur. Henning. Rennem. *in Jurispr. Rom. Germ. de Jur. Oblig. d. Diss. 29. th. 2.*

XLII. Generaliter itaq; hic notandum venit, quod horum contractuum fundamentum sit *presumta voluntas.* B. Dn. D. Cregel *in Colleg. Priv. ad Schnob.* quam ex ipso facto lex Civilis inducit, exindeq; vim propriam civiliter obligandi constituit. Dn. Struv. *Synt. J. C. Exerc. 6. th. 31.* Quarè etiam in quasi contractibus ex re nasci obligatio dicitur *in l. 46. ff. d. O. & A.* ut furiosi cum pupillis *l. Ait. Prator. 3. §. 5. ff. d. negot. gest. d. l. furiosus. 46. ff. d. O. & A.* imò ignorantes quoque teneantur, per

F

l. §



l. si quis absentis. 2. ff. de neg. gest. quia licet quis ignoraverit, jus tamen propter factum consensum supplet, illumque intervenisse præsupponit per *d. l. 2. Dn. Strauch. Diss. 16. aph. 14. Schneidew. ad princ. Inst. d. tit. n. 3.* Hinc Bicc. *Seç. 4. Rerum quotidian. th. 10.* dicit, in quasi contractibus consensum non verè, sed per legis fictionem tantum conjungi ac intercedere. Multi quidem asserunt, quod in quasi contractibus obligatio nascatur ex conventionione tacita, hoc tamen absolute probandum non est. Nam sitacitum appellant id, quod per facta aut signa interponitur, utique tacita hæc conventio nihil aliud, quam vera conventio est. *l. 2. l. 4. §. ult. ff. de pact.* Sicque ad actionem ex contractu producendam non minus efficax, quam verbis nuncupata, quippè in omnibus contractibus, quod tacite inter contrahentes agitur, pro expresso habetur. *l. cum quid 3. ff. d. R. C. l. 34. ff. d. R. l.* Ita societas tacite contrahi potest. *l. 4. ff. pro soc.* Ut & mandatum *l. si remunerandi gratiam. 6. §. 2. l. 18. mandat.* ac locatio conductio. *l. 13. §. ult. ff. loc.* Quod si verò tacitum non id appellant, quod simpliciter expressum non est, sed quod fictum est & autoritate juris præsumtum *in l. 3. in fin. cum l. seq. quib. ex caus. in poss. eatur. l. 13. in fin. ff. commod.* Hoc sensu sanè dici potest, obligationem quasi ex contractu venientem nasci ex tacita conventionione. Vinn. *ad d. pr. n. 4.*

XLIII. Hiscè pro declaranda natura quasi contractuum propositis, ratio ordinis jam explicationem quasi contractuum omnium flagitare videtur; Verum cum ubivis obvii, atque ab Interpretibus Institutionum, qui in omnium versantur manibus, fusius illustrati sunt, ideò ne pagina præter necessitatem impleantur, illustrationem hanc omittimus. Vid. interim ad *tit. d. Obl. qua quas. ex contr. nasc.* Schneidew. Horomann. Mynsing. Aldenac. Giphani. Rittersh. Harpprecht. Frantz. Bach. Vinn. Dn. Ludw. cum sexcentis aliis. Item Hil- lig. ad Donell. *lib. 15. c. 14. §. seq.* Henning. Rennem. *de Jure Obl. Diss. 29. §. seqq.* Vult. *1. Jur. Rom. 42.* Bicc. *Seç. 4. Rer. quotidian.*

dian. th. 113. & seq. Cyprian. Regner. in Censur. Belg. ad d. t. ut
 & in Disp. Inst. 21. th. 1. & seqq. Dn. Strauch. Diss. 16. aph. 14. &
 seq. Unicum hic allegasse sufficiat: *An scilicet nonnulli quasi con-*
tractus & actiones inde descendentes: ut actio famil. herciscunda,
communi dividundo & finium regundorum, ita cum jure in re coire
at conjungi possint, ut inde mixta nascantur actiones; Non qui-
 dem tales, quæ partim in rem dantur, partim poenam perfe-
 quuntur, de quibus §. 16. Inst. d. Act. Neque tales, in quibus
 uterque litigantium partim rei, partim actoris personam su-
 stinet, de quibus videri potest l. 10. ff. fam. hercis. quas mixtas
 dici posse ambabus omnes manibus largiuntur; Sed quæ ra-
 tione causæ efficientis partim in rem, partim in personam esse
 dicuntur? Affirmantes, in quorum numero sunt Zasius 2. sin-
 gul. Respons. Bach. ad Treutl. Vol. 1. Disp. 19. th. 1. lit. B. Wefenb.
 in Parat. ad ff. lib. 10. tit. 3. n. 2. Dn. Struv. Synt. J. C. Exerc. 15.
 th. 3. 18. & 19. Dn. Ungep. Exerc. 15. Quæst. 5. Colleg. Argent. ad
 tit. fin. regund. th. 2. & seq. Bicc. Sect. 5. Rerum quotidian. th. 7.
 Cyprian. Regn. in Censur. Belg. ad §. 20. Inst. d. Action. aliive
 plures, varia legibus ac rationibus fortibus nitentia argumen-
 ta proponunt. Partim enim, quod dentur ex jure ad rem,
 probant ex §. 3. & 4. Inst. de Obl. quæ quas. ex contr. nas. partim
 etiam, quod ex dominio fluant, deducunt ex l. si quis. 3. C. fin.
 reg. l. sed & loci. 4. l. 8. pr. ff. eod. l. si quis. 29. pr. commun. div.
 l. 1. ff. fin. regund. l. jam Labeo. 22. §. 4. ff. fam. hercis. l. 4. §. 5. ff.
 commun. div. §. 20. Inst. d. Act. & aliis multis locis, undè ne-
 cessario hanc mixtam causam descendere asserunt.

An mixta
 dentur A-
 ctiones.

XLIV. Negantibus, inter quos eminent Vinn. ad §. 1. & 20.
 Inst. de Act. Hillig. ad Donell. lib. 19. Comm. c. 2. lit. G. Harp-
 precht. ad §. 1. Inst. de act. n. 16. Althus. lib. 3. Dicaol. c. 8. n. 2.
 Bronchorst. cent. 4. Evav. assert. 31. Arum. Ex. Inst. 18. th. 3.
 Hunn. lib. 4. Var. Resol. p. 2. q. 6. Anton. Fab. 20. Conject. c. 10.
 Vultej. cum aliis, non minus validæ suppetunt rationes, ac me-
 mini, seriò hanc sententiam à nostris Præceptoribus quondam



inculcatam fuisse, qui contendebant, rectius cum Imperatore dici, *videri tales, quam quod revera sint*, ad cuius rei probationem sequens facit ratiocinium: Omnium Actionum duo sunt principia, sive fundamenta, *dominium i. e. jus in re, & obligatio i. e. jus ad rem*. Si ergo actio mixta esse debeat *in rem & in personam simul*, necessario dandum & tertium principium seu fundamentum (alias Syncretismus, ut ita cum B. Cregelio loquar, juridicus contraheretur) quod contineat *jus in & ad rem simul*. Hoc autem implicat contradictionem, ut rem, quæ mea est ex jure in re, simul petam ex jure ad rem, propter *§. 14. Inst. de Act.* Quod igitur attinet tres illas actiones, quas communiter mixtas esse volunt: *Finium regundorum; Familiæ herciscundæ; Comuni dividundo* dici potest, eas reverà in personam esse, siquidem actio finium regundorum, familiæ herciscundæ & comuni dividundo sunt ex quasi contractu. *§. 3. & 4. Instit. de Oblig. quæ quas. ex contract. nasc.* Quamvis enim ex re constare *l. 22. §. pen. ff. fam. hercisc.* pro vindicatione rei esse *l. 1. ff. fin. reg.* proprietati coherere *l. 3. C. eod. dominium continere l. 4. pr. l. 8. ff. eod.* & rem propriam tueri dicantur. *l. 29. pr. ff. comm. div.* Attamen hæc omnia non ad causam efficientem, sed ad effectum pertinent, nec quicquam aliud indè firmiter concluditur, quam rem nostram his actionibus nos persequi, adeoque ratione effectus actionibus in rem esse similes. Hoc nisi fieret, necesse esset, ut etiam in aliis actionibus personalibus, v.g. conditione furtiva, in qua rem consequimur, simile contingeret, quod tamen absurdum est. Verum quamvis speciosa hæc sint, interim tamen pro priori sententia facit, quod in actionibus mixtis *fundamenta & summa genera purarum actionum* conjungantur, ut conjuncta hæc producant actiones. Neque enim tam incompatibilia sunt, quo minus in producenda una actione concurrere valeant. Et quamvis Jason neget, duas species oppositas misceri & ex iis tertium constitui non posse. Alii tamen respondent, optimum

num quandoque ex contrariis fieri temperamentum. Imò si rem penitus inspicimus, fundamenta actionum purarum hic non tam *commiscentur*, sed solummodo *conjunguntur*, ut conjuncta producant effectus. Cum denique ipsi dissentientes, interque eos Vinn. *ad §. 1. § 20. Inst. de Act.* concedant, mixtas actiones sine & effectu quædam ex natura actionum in rem participare, eo ipso patet, quod effectus ille causam quandam realitatis illius, ut ita loquar, & sic jus in re præsupponat, alias enim essent vocandæ actiones in rem scriptæ, quod nemò dixerit. Convenienter proindè illustrat naturam harum actionum Bach. *ad §. 3. Inst. d. Obl. quæ quasi ex contract. nascun.* Cujus verba hæc sunt: *Atq; hætenus ex quasi contractu personales sunt istæ actiones, quatenus pro his, quas diximus, præstationibus personalibus competunt; Cæteroquin quatenus sunt pro dividendis rebus, magis ex dominio & in rem sunt, de quo agitur in §. 20. in fin. de Act.* Affirmativam sententiam masculè etiam tueretur Mejer. in *Colleg. Argent. tit. fin. reg. th. 1. & sequ.* Hujusque mixturæ effectus non solum in conceptione sententiæ, partim adjudicationes, partim condemnationes comprehendente, exemplo *l. 3. C. fam. herc. §. 4. & seq. Inst. d. offic. jud.* Sed etiam in vita & diuturnitate actionum apparet. *l. 3. pr. & t. t. C. de præscr. 30. vel 40. annor. l. 7. C. de petit. hered. teste Bach. d. loc.*

XLV. Althusius porrò *lib. 1. Dicaol. c 88. n. 2. & seq.* alios adhuc quasi contractus nominatos ex iis constituit, qui ex innominatis similitudinem cum nominatis habent. Contractus siquidem innominatos variè dispescit, interque eos duas constituit species, ad priorem refert conventiones innominatas illas, quæ similitudinem & affinitatem magnam cum quodam contractuum nominatorum habent, ad posteriorem verò eas, quæ longius ab iisdem recedunt. *l. 17. §. 2. in verb. propè accedit. l. 22. ff. de præscript. verb.* Hinc sequentiã d. l. n. 2. proponit: *Similitudinem magnam cum nominatis habentes conveniunt cum nominatis in quibusdam, atq; licet expressam conven-*

tionem cum negotio habeant, non tamen ad certam speciem nominati alicujus omnia & singula requisita accommodari possunt. Atque tales dicuntur similes nominatis, ad exemplum eorum comparati. Vicini & proximi his sunt vel quasi nominati ad exemplum illorum introducti. l. 5. §. 4. l. 13. l. 17. §. 2. l. 22. ff. de prescript. verb. l. Si convenerit. 6. de rescind. vend. l. 1. ff. d. rerum permut. Hucusque Althus. cit. loc. ubi varia refert exempla, quæ tamen ad contractus innominatos non pertinent. Fatemur quidem, contractus innominatos esse vel regulares, quorum articuli seu species sunt tres. l. Naturalis. 5. pr. ff. de prescr. verb. Vel irregulares, qualis est contractus æstimatorius & permutatio, qui à regulari innominatorum natura partim recedunt, partim etiam nomen quale quale habent, ut accuratè distinguit Dn. Strauch. Dissert. 16. aph. 2. & 3. An tamen propterea statim quasi nominati nominandi sunt, quam maximè dubitamus. Quosdam quidem secundum quid tantummodo innominatos esse, ac affinitatem cum contractibus nominatis, imò nomen, licet non aptum ac speciale, ut ex eo specialis & nominata actio detur. l. 181. d. V. S. habere, ultrò largimur, quod elegantissimè exponit Dn. Tabor. in Partit. Element. p. 3. sect. 4. th. 16. Non tamen propterea statim quasi nominati vocandi sunt; Quin potius testatur Colleg. Argent. de prescr. verb. th. 4. quod proprii contractus sint. Hinc ad evitandam confusionem cum quasi contractibus, irregulares & ad similitudinem contractuum nominatorum potius recepti, quam quasi nominati, cum in legibus hæc denominatio nullibi obveniat, vocari possunt.

Quasi impossibilis conditio.

XLVI. Antequam ad delicta progrediamur, paucis & reliquos casus, ubi nostra dictio occurrit, considerabimus. Et quidem præter hætenus dicta adhuc datur *Quasi impossibilis conditio* in l. qui dotem. 12. ff. de dot. præleg. ubi talis exhibetur casus: Maritus Sejæ uxori summam dotis, quam pro ea pater constituit, legavit cum denariis decem, sub ea conditione, si omnes

omnes res, quæ in charta dotali continentur, hæredi exhibue-
 rit & tradiderit, sed plures res de rebus dictis in dotem datis
 ipso ulu finitæ sunt. Quæritur: *An valeat legatum, quasi sub im-*
possibili conditione relictum uxori à marito? Et responderetur,
 quod valeat legatum, si curaverit uxor, ut perveniret ad mari-
 tum, quod supererat ex rebus in dotem illatis. Nam quantum
 ad alias res, quæ non supererant, videtur impossibilis condi-
 tio adjecta, juxta Gloss. *in d. l. 12. ff. d. dot. præleg.* Porro se of-
 fert *Quasi Procurator* in *l. Cuicumque. 5. §. 10. de Instit. act.* item
Quasi Defensor in *l. Pomponius scribit. 40. §. 2. ff. d. procur.* Ad-
 dunt Dd. *Quasi Sententiam*, quam per judicialem inducunt
 confessionem. Cum re namque judicata similitudinem habet
 propria confessio eorum iudice competente facta, juxta re-
 gulam juris: *Confessum pro iudicato haberi, cum quodammodo sua*
sententia condemnetur, juxta Paul. *in l. 1. ff. de confess.* Ad hoc
 tamen, ut hæc confessio quasi sententiam inducat, atque ali-
 cujus momenti sit, multa requiruntur, quæ fusius exhibet
 Eckolt. *ad Pand. tit. de confess. §. 3.* *Quasi quoque nullam actionem*
 vocat Calvin. *in Lexic. Jurid. ad hoc vocab.* eam, quæ exceptio-
 ne eliditur. Denique *Quasi Institor* is dicitur in *l. cuicumque. 5.*
§. 6. 7. & 10. de Instit. act. qui tabernæ aliive negotiationi ad-
 emendum, vendendum, locandum, conducendum, fœne-
 randum præponitur. *l. 2. §. 18. de Instit. act.* ut insularius, mu-
 lio, tabernarius, libitinarius, pollinctor, stabularius & similes.
d. l. 5. §. 1. 4. 5. 7. 8. l. 16. l. 17. eod. Althus. *lib. 1. Dicaol. c. 96. n. 30.*

*Quasi Pro-
 curator.
 Quasi De-
 fensor.
 Quasi Sen-
 tentia.*

*Quasi In-
 stitor.*

XLVII. Residuum est adhuc usus nostri vocabuli *in Delictis.*
 Sic *quasi furtum* nominat Althus. *d. lib. 1. c. 21.* furtum rerum
 hæreditariarum, quod crimen expilatæ hæreditatis aliàs vo-
 catur *in t. t. d. crim. expel. hered.* Præcipue se offert in quasi de-
 lictis, seu quasi maleficiis, per quæ omnia facta intelliguntur,
 quibus quis quidem non propriè potest dici deliquisse, sed ta-
 men commisisse, quod delicto proximum est. Etenim ut
 quædam sunt negotia, quæ, licet reverà contractus non sint,
 tamen

*De Quasi
 Delictis.*



tamen ad fines contractuum proximè accedunt ; Ita quædam etiam sunt facta, quæ, quamvis propriè in speciem quandam delicti non cadant, tamen similitudine quadam ad delicta propius accedunt, quam ad contractus, quæ ideò Jcti quasi delicta appellantur. Sicut etiam quasi contractus excludunt verum consensum, ita similiter quasi delicta excludunt dolum, hocque essentialè differentiam inter delicta vera & quasi constituit. Bach. *ad Inst. pr. d. Obl. quæ quasi ex contr. nasc.* Quot verò dentur quasi delictorum species, non convenit inter Dd. ideoque nec nostrum erit, graviter de hac controversiâ laborare, & paginas eâ complere, sed sufficiant nobis allata ab Imperatore *in t. t. Inst. d. Obl. quæ quasi ex delict. nasc.* exempla, quorum quatuor recensentur, ut (1.) Imperitia judicis malè judicantis (2.) Dejectio vel effusio eum in locum, ubi vulgò iter fieri solet (3.) Positio rerum vel suspensio. (4.) Damnum in navi, caupona & stabulo datum. Est autem *quasi delictum* in genere, quando quis non tam dolo, quam imperitia negligentia & culpa, vel alieno facto peccare intelligitur, arg. *d. t. Inst. & l. 5. §. 4. cum seqq. ff. d. O. & A.* Harpprecht. cum aliis Dd. *ad pr. Inst. d. Obl. quæ quasi ex del. nasc.* Dn. Strauch. *Dissert. 19. aph. 16.* Sicque hæc quasi delicta duobus modis accidunt: Aut enim verè jam damnum datum est, aut futurum est illud damnum, quod saltem metuitur. Priori modo itidem vel suo proprio facto alicui quis nocet, ut judex per imperitiam malè judicans, vel facto alterius tertio nocere dicitur, ut hi, ex quorum coenaculo aliquid dejectum vel effusum est, item Nautæ, Caupones stabularii; Ad posterius membrum pertinet positum & suspensum eo in loco, ubi vulgò iter fieri solet, quod, si ceciderit, alicui nocere queat.

XLVIII. Primum itaque exemplum quasi delictorum est *imperitia judicis malè judicantis*, vel per errorem, vel etiam per imprudentiam. *l. si quis. 5. §. 4. ff. d. O. A. l. ult. ff. d. extraordinar. cognit.* Quod si dolus intervenerit, verum delictum

lictum est. Judex autem per imprudentiam male judicans
 litem suam facit, i. e. periculo litis se obstringit causamque
 ejus, secundum quem pronunciatum est, suscipit, & quasi
 suam defendit, unde & parti læsæ, quantum religioni judi-
 cantis æquum videtur, condemnandus est. *d. l. ult. de extra-
 ord. cogn.* sed tamen, si pars læsa vel nolit, vel non possit appel-
 lare propter paupertatem, arg. *l. si procuratorem. §. 8. ff. mand.
 l. 2. §. 1. ff. de custod. & exhib. rer.* Alterum exemplum est, non
 præcavere, ne quid à domesticis temerè ex cœnaculo aut adibus deji-
 ciatur, aut effundatur, quod transeuntibus nocere possit. *l. 5. §. 5. §. 3
 pen. ff. d. Obl. & Act.* Unde si quid dejectum effusumve alicui sit.
 nocuit, constituta est à Prætore actio adversus eum, qui in cœ-
 naculo habitat, unde illa dejectio facta est. *d. l. 1. §. passim de
 his, qui effud. vel dejec.* & quidem ad pœnam dupli, nisi liber ho-
 mo sit læsus, vel vulneratus, nam hoc posteriori casu actio vel
 ad pœnam 50. aureorum, vel ad aliam arbitrio judicis deter-
 minandam datur, juxta *§. 1. Inst. d. Obl. quæ quas. ex delict. na-
 scunt.* Si verò ipse Dominus dejecerit vel effuderit, non ex hoc
 quasi, sed vero delicto tenetur. Tertium exemplum est in po-
 sito vel suspenso eo in loco, ubi vulgò iter fit, quod, si ceciderit, nocere po-
 test. *l. 1. ff. de his, qui dej. vel effud.* cujus pœna est decem aureorum in
 eos, qui vel posuerunt, vel poni passi sunt. *l. si verò plures. §. 12.
 ff. de his, qui dej. vel effud.* sive sint inquilini, sive domini ædium,
 sive gratuitam habitationem habeant, & sive inhabitent, sive
 non, habeant tamen aliquid iis in locis positum. *l. 5. §. 8. d. O. & A.
 §. 1. Inst. d. Obl. quæ quas. ex delict. nasc.* Angel. Aret. *ad d. §. 1. n. 1.
 Colleg. Argent. ad tit. de his, qui dejec. vel effud. th. 41.* Ultimum est
 damnum in navi, caupona, stabulo datum, ubi exercitor navis, cau-
 ponæ, stabuli de dolo, vel furto factò in navi, caupona vel sta-
 bulo ab iis, quorum opera utitur, tenetur ex quasi maleficio in-
 duplum damni dati. *l. fin. §. 1. ff. naut. caup. stabul. l. un. §. 2. furt.
 advers. naut. caup. stab.* Quodsi verò à viatoribus damnum sit

Effusio ac
 ejectio eum
 in locum, u-
 bi vulgò iter
 fit.

Positio &
 suspensio.

Damnum
 in navi,
 caupona &
 stabulo da-
 tum.

G da-

datum, hac actione non tenetur, eos enim eligere non potest, cum repellere nequeat. *l. 6. §. 3. ff. eod. Colleg. Argent. ad eund. tit. th. 17. & seq.*

XLIX. Hæc de quasi delictis. In veris delictis itidem non-
Quasi ad- nulla occurrunt, quæ sub hoc vocabulo veniunt: Sic datur
alter. *Quasi adulter* in *l. qui domum. 8. ad L. Jul. de adult.* Unde Althus.
lib. 1. Dicaol. c. 126. n. 15. format quasi adulterium, quod non
 ἐν αὐτῷ τῷ ἔργῳ ποικίλας quis fecit, sed cui patrandò sciens cau-
 sam & occasionem præbet. Vocatur aliàs lenocinium in *l. 2.*
§. 2. 3. 4. ff. ad L. Jul. de adult. atque pro crimine atrocissimo
 habetur. Prosper Farinac. *p. 5. Oper. Crim. quest. 144. n. 1. & seq.*
 Imò gravius adulterio reputatur. Adulter enim solum in se
 ipsum, leno verò in se & alium peccat. Gloss. *ad l. athletas. 4.*
§. Pomponius. 3. ff. de his, qui not. infam. Quare accusatio de
 adulterio non solum adversus eum, qui adulterium com-
 misit, vel etiam qui ope & consilio concurrit, sed & ad-
 versus eum, qui domum adulterio committendo præbuit,
 competit. *d. l. 8. l. 39. ff. d. min. Nov. 134. §. si quando.* Quia ta-
 men omne lenocinium æquale non est, cum longè gravius
 delinquant parentes & mariti, qui conjuges & liberos suos
 pudoris bono spoliant, & scelerati alicujus lucri vel quæstus
 causa, ad libidinem explendam, aliis turpiter prostituunt,
 quam qui personas extraneas, sive nuptas, sive solutas ad adul-
 teria & supra sollicitant; Ideoque etiam lenocinii poena
 pro diversitate delicti dispar est, ita quidem, ut parentes libe-
 ros, aut mariti uxores prostituentes capitali afficiantur poena,
 ut rectè deducit post Damhouder. *in pract. rer. crim. c. 91. n. 4.*
& seq. & Berlich. p. 5. Conclus. 40. n. 6. Carpz. in Prax. Crim. p. 2.
qu. 71. n. 6. & seq. Ordin. Crim. Carol. V. art. 122. provocat ad
 poenam de jure Civili receptam, in verbis: *Der ist Ehrloß/
 und soll nach Vermögen gemeiner Rechten gestraffet werden.*
 Matth. Stephan. *in explicat. d. artic.* per dicta verba poenam
 ulci-

ultimi supplicii intelligit, propter *Nov. 14.* Quod si verò alii foeminas extraneas quæstus causa ad adulteria sollicitent, aliorumve libidini prostituant, itidem pœna de jure Civili est ultimum supplicium. *Nov. 14. §. praeconizamus.* hocque est, quod dicitur in *l. 8. l. 10. §. 1. ff. ad L. Jul. d. Adult. lenocinium quasi adulterium esse puniendum*, quæ pœna tamen, utpote nimis severa, ab usu recessit, ut tales lenones hodiè arbitrariè puniantur. *Ordin. Crim. ejusmodi quasi adulterium relegatione, fustigatione, abscissione aurium & expositione in numellis coërcet, art. 123.* juxta verba: **Dieselbigen bößhafftigen Kuppler und Kupplerin / auch die jentigen / so wissentlicher / gefährlicher und bößhafftiger Weise ihre Häuser dazu leihen / oder solches in ihren Häusern zu beschehen gestatten / sollen nach Gelegenheit der Handlung und Rath der Rechtsverständigen / es sey mit Verweisung des Landes / Stellung an Pranger / Abschneidung der Ohren / oder Außhauung mit Ruyten oder andern gestrafft werden**

Th. ult. Denique etiam ex conatu in homicidio *Althus. d. lib. 1. cap. 129. n. 41. quasi homicidium* efficit; Quamvis verò id ipsum certo modo improbandum non sit, hæc ipsa denominatio tamen ex Legibus ab ipso citatis non apparet, aliàs ex quolibet conatu in delictis quasi delictum formandum esset, quod tamen jura nostra ad vitandam confusionem non admittunt; Ideoque adducta jam suppetant ad demonstrandum usum hujus nostri Syncategorematis. Quod si *B. L.* in perlectione Corporis Juris plura offendat exempla, me non omnia, sed potiora solummodò attingere voluisse, sciat. Certum enim est, quod verbum *quasi decurio* in *l. 1. pr. ff. quod cujusq; univers. nom. quasi augmentum in hered. petit. quasi bonus Paterfam. in §. 38. Instit. de rer. div. quasi traditio* & multa alia, in quibus hujus vocabuli usus cernitur, adhuc occurrant. Sic *Quasi Publicianæ actionis* *Pomponius* quoq; meminit in *l. 70. ff. de R. V.* per quam utilem actionem publicianam intel-



ligit Gothofr. *in Not. ibid. lit. A. In l. 2. ff. de Proxen.* fit mentio quasi mandatoris. Alios textus curiosus quisq; in perlectione Corporis Juris observare poterit. Rationis namque & methodi propositæ memor vivens jam concludo, Deoque Optimo Maximo pro gratiosa assistentia laudes semper persolvo humillimas.

F I N I S.




Connotat, Ecce! Tuum Quasi, quod prudentia Juris
 Pro vero agnoscit, fictio quæq; procul
 Jam cesset; Fateor, certò condigna sequentur
 Præmia: Sic gressus dirigat Alma Trias!

Nobil. DN. DECKERO, LL. Cultori perquam industrio, ut suum Quasi præmia certissima laborum promereatur, Patronos gratiosos largâ manu menteq; apprecari voluit

HEINRICUS Linc/ D.
 & Præses.





64329

AB 64329

X 2610867

VD 77





11
92

I. N. D. N. J. C.

SYNCATEGOREMATIS

QUASI

USUM JURIDICUM,

SUB PRÆSIDIO

DN. HEINRICI *Vindens*

D. ET PANDECT. PROF. PUBL.

*DN. Præceptoris atq; Fautoris sui omni obser-
vantia cultu de venerandi,*

Amabili Eruditorum publicæ disquisitioni

die 17. Aprilis, A. 1675.

loco horisq; consuetis

exhibet

GEORGIUS STEPHANUS *Decker*

NORIMB. AUTOR.

ALTDORFFI,

Literis Henrici Meyeri, Univerf. Typogr.